

2. Corruptum homo exterior aut profectu interioris, aut defectu suo; sed profectu interioris ita corrumpitur, ut totus in melius reformetur, et resiliatur in integrum in novissima tuba, ut jam non corrumpatur. neque corrumpat. Defectu autem suo in pulchritudines corruptibiliores, id est, poenarum ordinem precipitatur. *De Vera relig.*, cap. 4.
3. Omnium corruptionum sola quae vitiosa est, corruptio vituperatur; ceterae autem, aut nec corruptiones quidem dicendae sunt, aut certe quia vitiosae non sunt, dignae vituperatione esse non possunt. Lib. 3, *de Lib. arbitr.*, cap. 14.
4. Nocet corruptio, et nisi bonum minueret, non noceret. Lib. 7, *Conf.*, cap. 12.
5. Malum est naturae corruptio; quia eam qualicunque privat bono. In *Enchirid.*, cap. 12.
6. Nihil est aliud corruptio, quam boni exterminatio. *Ibid.*, cap. 14.
7. Ubiqueque corruptio, ibi bonum fuit. *Contra Ep. Manich.*, cap. 33.
8. Omnium rerum malum est corruptio; in quibus mali aliquid animadverti potest, corruptio est. *Prosecc.*
9. Corruptio peritiae animae, imperitia vocatur; corruptio prudentis, imprudentia; corruptio iustae, iniustitia; corruptio fortis, ignavia; corruptio quietis atque tranquillitatis, cupiditas, vel metus, vel tristitia, vel iactantia.
10. Deinde in corpore animato, corruptio sanitatis dolor et morbus; corruptio virium lassitudo, corruptio quietis labor.
11. Deinde in ipso corpore, corruptio pulchritudinis, foeditas; corruptio rectitudinis; pravitas, corruptio ordinis, perversitas; corruptio integritatis, discussio, aut fractura, aut diminutio. *Ibid.*
12. Corruptio tendit ad non esse. *Ibid.*, cap. 40, per totum.
13. Non omnis corruptio turpis est, sed quam libido procuraverit, aut cui libido consenserit. *De Mendac.*, cap. 7.
14. Corruptio non est in seipsa, sed in aliqua substantia, quam corrumpit. *De Moribus Manich.*, cap. 5.
15. Corpus propter peccatum corruptionis subicitur. *De Musica*, lib. 6, cap. 4.
16. Quod corrumpi potest, deterius est quam id quod non potest. Lib. 7, *Conf.*, cap. 1.
17. Omnis natura dum corrumpitur, minus bona fit. Lib. 3, *de Lib. arbitr.*, cap. 13.
18. Corruptio pulchritudinis, est foeditas; corruptio rectitudinis, pravitas; corruptio ordinis, perversitas; corruptio integritatis, discussio, aut fractura, aut diminutio. *Contra Epist. Manichaei*, cap. 36.

19. Timeat anima corrupta, iam docta experimento, quod ignoravit virgo. *De Vera et falsa paenit.*, cap. 15.
20. Natura corrupta, in quantum natura est, bona est; in quantum corrupta est, mala est. *De Natura boni*, cap. 4.
21. Carnales blanda corrumpunt. Serm. 2, *Quinquag.*
22. Superbia sola corrumpit omnia bona. In *V. BEDA.*
23. Quatuor sunt, quae corpus corrumpunt, curiositas, loquacitas, crudelitas, voluptas. Pros. Serm. 37, *de Parvis sermonibus.*
24. Oculis corrumpit curiositas, linguam loquacitas, manus crudelitas, interiora voluptas. *Ibid.*
25. Non fuit olim tanta infectio in Paganis, quanta hodie est in Christianis. Serm. 2, *de S. Marco.*
26. Non anima pro corpore, sed corpus pro anima factum est; qui ergo quod primum et melius est negligit, et quod inferius est extollit, utrumque corrumpit. Lib. 3, *Pharetrae*, cap. 8.
27. Inanesit corruptio, ubi aeger de moderate sanatur. *De Resurrect. Christi*, cap. 5.
28. Nec vita, nec lacrymae perfectae mundos reddunt, dum haec corruptio tenet. Sup. *Job.*, cap. 9.
29. Corruptus alios corrumpit. Sup. *Prov.*, cap. 15.
30. Esurire, sitire, lassescere, vincula corruptionis sunt. Lib. 4, *Moral.*, cap. 30.
31. Res habita instanti fine corrumpitur. Lib. 10, *Moral.*, cap. 13.
32. Justos quamvis nullus desideriorum carnalium tumultus possideat, duris tamen vinculis eos in hac vita positos suae molestia corruptionis ligat. Lib. 4, *Moral.*, cap. 30.
33. Corrupti necesse est, quod palpatur; et palpari non potest, quod non corrumpitur. Hom. 26, *super Evang.*
34. Cito flores pereunt, cito violas, et lilium, et crocum pestilens aura corrumpit. Ep. 7, *ad Letam.*
35. Non proderit sanctificationi ceterorum membrorum, si inveniatur in uno corruptio. Ep. 14, *ad Mauritiu filiam.*
36. Corpus mulieris non vis maculat, sed voluptas. In *Quest. Hebraicis.*
37. Multiplex est corruptio sensuum. Corruptur visus, vana videndo; auditus, vana audiendo; gustus, suavia avidè comedendo; odoratus, vana odorando; tactus, lubrica operando. Lib. 1, *de Allegoriis in Joan.*, cap. 6.
38. Corruptio dissimilitudinem inducit, et al-

- terum facit, quod a suo esse recedit et deficit, ut sit alterum quam fuit. Sup. cap. 4, *Celestis Hierarchiae*, lib. 4.
39. Omne quod corrumpitur, aliquo modo minuitur. Sup. *Psal.* xvii.
40. Quanto magis procuratur caro, tanto corruptior efficitur. Sup. *Ecclesiasten.*, cap. 11.
41. Multo citius munda corrumpuntur, quam corrupta mundantur. *Collat. 14, Abbatis Nestoritis*, cap. 14.
42. E corrupta vita, dogmata corrupta pullulant. Hom. 40, sup. 1, *ad Cor.*
43. Corruptur externus homo dum flagellatur. Hom. 9, sup. II, *ad Cor.*
44. Quemadmodum cera solvitur quidem ab igne, ipsa autem non solvit ignem; ita corruptio ab incorruptione aboletur, et evanescit; illa vero hanc vincere nunquam potest. *Ibid.*, Hom. 10.
45. Servus corruptus, pestis liberorum. Hom. 9, sup. I, *ad Colossens.*
46. Omnis vita ex corruptione nascitur, omnes plantae, omnia semina. Hom. 7, super 1, *ad Thessal.*
47. Corruptur animas secularia desideria. Hom. 28, sup. Ep. *ad Hebr.*
48. Omne quod est in rebus, habet aliquid quo corrumpi possit. Hom. *Quod nemo laeditur, nisi a semetipso.*
49. Non potest corpus corrumpi, nisi prius animus corruptus fuerit. Lib. 2, *de Synon.*, cap. 1.
50. Oportet incorruptibilitatem desiderio flagrantem, pro nihilo ducere corruptionis obnoxia. *Parvansi* 140.
51. Spiritus ab origine corruptus, corrupti carnem; caro post originem corrupta, corrupti spiritum. Serm. 41.
52. Nunquam corruptio ita incorruptionis est particeps, ut non semper obnoxium sit deflectioni, quod debetur occasui. Lib. 2, *de Vocal. gentium*, cap. 21.
53. Copiosior est corruptio spiritualis, quam corruptio corporalis. Part. 2, sup. *Psal.* xc.
54. Nihil corrumpitur, nisi per hoc quod amittit formam. Part. 1, quæst. 9, art. 2.
- SENTENTIA PAGANORUM.
55. Omne quod corrumpitur, a suo contrario corrumpitur. 5 *Ethic.* et 1 *Phys.*, apud Bedam, t. 2.
56. Nihil opere aut manu factum, quod non aliquando conficiat et consumat vetustas. Orat. 40, *pro Marcell.*
57. Quidquid dat fortuna, corrumpit. Lib. 2, *de Benefic.*, cap. 13.
- Vide etiam titulos, *Acquirere*, sent. 78; *Ac-*
- ritia, sent. 169; *Bonum*, sent. 173; *Mulier*, sent. 120; *Veritas*, sent. 130.
- CORRUPTIO JUDICIS.
- Vide *Judicis corruptio.*
- CREATIO, ET CREATURA.
- Definitio. Creatio est emanatio totius esse ab ente universali ex nihilo. Part. 1, quæst. 43, AQUINAS, art. 4.
- Creare est proprie causare, sive producere esse rerum. *Ibid.*, art. 6.
- Creatio est productio alienius rei secundum suam totam substantiam, absque materia præjecta. *Ibid.*, quæst. 65, art. 3.
- Creatio nihil est aliud secundum rem, quam relatio quædam, qua creatura refertur ad Deum, ut ad causam. Sup. 2, *Senten.* dist. 1, quæst. 1, art. 1, ad 1.
- Creatio est motus ex nihilo ad esse. Sup. II, *ad Cor.*, cap. 3, lect. 4.
- SENTENTIA PATRUM.
1. Extra Paradisum vir factus est, et mulier s. AMBROSIIUS intra Paradisum, ut advertas quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute inusqueque gratiam sibi comparat. *De Paradiso*, cap. 4.
2. Quatuor modis potest Deus creare hominem: aut de viro et de femina, sicut assiduum monstrat usus; aut nec de viro nec de femina, sicut creavit Adam; aut de viro sine femina, sic fecit Evam; aut de femina sine viro, quod nondum fecit. Lib. 2, *Cur Deus*, cap. 8.
3. Non est creaturae moliri officium, quo iuste Creatoris recompenset presidium. In *Medit. suis.*
4. Est pulchritudo universæ creaturae per hæc tria inculpabilis, damnatione peccatorum, exercitatione iustorum, perfectione beatorum. *De Vera relig.*, cap. 23.
5. In consideratione creaturarum non vana et peritura curiositas exercenda est, sed gradus ad immortalia et semper permanentia faciendus. *Ibid.*, cap. 29.
6. Animalis ejuscunque creatio, si habeat primum prudentemque consideratorem, ineffabilem laudem Creatori excitat, quanto magis creatio non eujuslibet animalis, sed hominis? Ep. 28, *ad D. Hieronym.*
7. Nulla est creatura ex qua anima facta est, quia ex nihilo facta est; ac per hoc ad factorem suum redit quae redit a quo ex nihilo facta est. Lib. 10 *de Genesi ad litteram*, cap. 9.
8. Omnis creatura velit nolit, uni Deo et Domino suo subjecta est. *De Agone Christiano*, cap. 7.
9. Prius videtur ipsa creatura in Deo, quam

in seipsa videatur: ideo creatura plus videtur in arte, qua facta, quam ipsa in seipsa, quae facta est. In *Dialogo* 63 Quaestionum, quest. 26.

10. Tria maxime scienda de creatura nobis oportuit intimari, quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit. Quis fecerit, Deus est; per quid fecerit, dixit, Fiat et facta est; quare fecerit, quia bona est. *Ibid.*, cap. 21.

11. Homines sumus ad nostri Creatoris imaginem creati, cujus est vera aeternitas, aeterna veritas, aeterna et vera claritas, usque ipso aeterna et vera et chara Trinitas, neque confusa, neque separata. *Ibid.*, cap. 28.

12. Omnis creatura et bene potest amari, et male: bene, scilicet ordine custodito; male autem, ordine perturbato. *Ibid.*, lib. 15, cap. 22.

13. Plus est homines creare, quam resuscitare; dignatus est tamen Christus et creare et resuscitare; creare omnes, resuscitare quosdam. Tract. 48, sup. *Evang.*, de cap. 11.

14. Corpus hominis creatura Dei est; vita corporis anima est, vita animae Deus est. Serm. 28, de *Verbis Apostoli*.

15. Tenet omnem naturam, quae non est Trinitas Deus, ab ipsa sancta Trinitate, quae solus Deus aeternus et verus est, creatam ex nihilo. *De fide ad Petrum*, cap. 3.

16. Creatura, cui est aliud vivere et aliud beate vivere, omne quod vivit et beate vivit, non debet nisi gratiae Dei attribui. Lib. *Med.*, cap. 18.

17. Pauperes et divites Deus de uno limo fecit, et pauperes et divites una terra supportat. Tr. 6, sup. *Evangel.*, de cap. 1.

18. Nihil potentius ista creatura, quae mens dicitur rationalis, nihil haec creatura sublimius; quidquid supra istam est, Creator est. *Ibid.*, tract. 23, de esp. 5.

19. In creaturis deest aliquid quod laudas, in Creatore deesse nihil potest; quia quod invenis in creatura, a Creatore artifice processit. Ser. 38, de *Verbis Domini*.

20. Creatura vilescat, ut Creator in corde dulcescat. Serm. 1, de *Convers.* B. Pauli.

21. Natus Dei sunt omne creaturarum decus. Lib. 2, de *Liberi arbit.*, cap. 16.

22. Magnitudo et pulchritudo creaturae, elamant magnitudinem et speciem Creatoris. Serm. 2 *Dom.* in *Octava Paschae*.

23. Creaturae, quae ledunt homines, laedere ceperunt propter peccatum. Serm. 4 *Dom.* 11 post *Penec.*

24. Deus creavit omnia in modo, nec aliquid voluit esse sine modo. Serm. 4, de *Uno Mari.*

25. Tam altum est opus de nihilo operari, quod

si omnis potentia creata, tam Angelica quam humana, coelestis pariter et terrena in unum esse constata, non posset ex nihilo minimam creaturam producere. Serm. 3, de *Angelis*.

26. In anima et in mente ad imaginem Dei facti sumus; secundam carnem vero, de limo terrae formati sumus. Hom. 49.

27. Totus nos Dominus creat, quoties de vestustate peccati in hominum hominem instaurare dignatur. Sup. *Psal.* ciii, vers. 31 *Et creabuntur.*

28. Creator cum sit bonus, bonos creavit; creatura vero voluntate propria in amaritudinem conversa est. *Eccl.* 2.

29. Omnis pariceps rationis factus est homo, ut esset probus, et non pravus. Lib. *contra Manich.*

30. Unico voluntatis nutu Deus quidquid vult ex nihilo creat. Hab. apud B. Joan. Damasc., lib. 1 *Parall.*, cap. 81.

31. In omni creatura est dependentia; qua indesinenter dependet a Creatore, ejusque conservatione tam incessabiliter eget, quod nec ad momentum sine illius mantentione queat subsistere, aut durare, sed protinus redigeretur in nihilum, si relinquere a Deo per momentum. Sup. 1 *Beati Joann.*, cap. 4.

32. Quanto rationalis creatura est ad mala proclivior ex seipsa, tanto commendabilior est dum ingenitatem illam pronitatem refransans, adhaeret virtutibus. *De Perfectis spiritual.*

33. Si adeo indiget una creatura altera, quanto magis creatura suo opus habet Creatore. *Opusc.*, serm. 2.

34. Perversa mens dum dilectioni creaturae se audit, a Creatoris societate se disjungit. Lib. 3 *Moral.*, cap. 7, et S. Hieronym., lib. 2, sup. *Lamentat Hierem.*, cap. 3.

35. Divisio creaturarum in eo consistit: quod omne quod est aut est, et non vivit, ut lapis; aut est, et vivit, sed nequaquam sentit, ut arbor; aut est, et vivit, et sentit, sed non intelligit, nec discernit, ut brutum; aut est, vivit, et sentit, et intelligit, et discernit, ut homo. Lib. 6 *Moral.*, cap. 8.

36. Humana creatura eo ipso quo creatura est, in semetipsa habet sub se deluere; sed a Conditoris suo accepit, ut et super se contemplatione rapiatur. Lib. 12 *Moral.*, cap. 11.

37. Quasi quaedam sit lectio menti nostrae, speciei considerata creaturae. Lib. 26, cap. 8 *Moral.*

38. Omnis creaturae aliquid habet boni; habet namque homo commune esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. Hom. 29, sup. *Evang.*, in illud: *Predicatio Evangelium omni creature.*

S. GREG. NAZ. 39. Creaturae ingratae, diaboli sunt plasmata. Orat. 20, de *Modestia*.

S. GREGORIUS NYSSENUS. 40. Omnis creatura extra se esse non potest, sed in seipsa semper manet, et quidquid videtur, seipsam intuetur. Hom. 8, sup. *Eccl.*

HUGO A S. VICTORE. 41. Rationalis creatura, quae sola ad imaginem Conditoris facta est, data et dona accepit; data quidem optima, dum conceditur ad infinita; et data accepit perfecta, dum sublimaretur ad summa. Lib. 2 *Caelestis Hierarch.*, in cap. 1, in illud: *Optimum datum optimum*, etc.

42. Divina essentia sicut spirituali creaturae per cognitionem praesidet; ita corpoream creaturam regendo atque disponendo implet. Lib. 1, de *Arca Noe, Moral.*, cap. 2.

HUGO CARD. 43. Peccatori omnis creatura hostis est, iusto vero servituti omnes creaturae. Sup. *Job*, cap. 3.

44. Magnum fecit Deus in natura, majorem in gratia, maximum in gloria. Sup. *Job*, cap. 7.

45. Qui adorat creaturam, negat Creatorem. *Ibid.*, cap. 31.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 46. Si anima dignior est corpore, indignius primo formatum est; et postea quod eminentius. Hom. 13, sup. *Genes.*, in illud 2: *Et factus est homo in animam viventem*.

47. Non possunt aliter creationis mysteria intelligi, quam fidei oculis conspecta. *Ibid.*, Hom. 15.

48. Nullo modo justum est propter creaturam contemnere Creatorem, sed propter Creatorem creaturam. Hom. 5 *Operis imperf.* sup. *Malth.*

49. Quanto pretiosior est hominis creatio, quam animalium, tanto major sollicitudo Dei de hominibus, quam de animalibus. *Ibid.*, Hom. 16.

50. Non confiteri quod ex nihilo creavit omnia omnium Opifex, despicientiae extremae signum est. Hom. 2, super *Genes.*

S. ISID. HISP. 51. Qui per amorem pulchritudinis creaturae a Creatoris forma se abstulit, rursus per creaturam decorem ad Creatoris pulchritudinem revertatur. Lib. 1 *de Summo bono*, cap. 4, sent. 2.

52. Omnia creata ex sua natura bona sunt, et ex nostro malo usu non bona. *Id.*, c. 9, sent. 6.

53. Ante omnem creaturam mundi creati sunt Angeli, et ante omnem creationem Angelorum diabolus conditus est. *Ibid.*, cap. 10, sent. 3.

S. LAURENT. JUSTIN. 54. Creaturarum species ornatusque praeclearissimum divinae Majestatis est speculum, optimeque in illo Conditoris virtus inspicitur. Part. 1, in *Pascha*, *amoris*, cap. 18.

55. Omnis creatura sive sit terrena, sive coelestis, in eo quod creatura est, sibiipso omnino non sufficit. Part. 2 serm. *de Vita solitaria*, cap. 17.

S. LEO I. 56. Felix creatura, si ab eo non decederet quod Deus fecit; felicior, si in eo maneret, quod reiecit. Serm. 2, de *Resurr. Dom.*

57. Cum aliquid creat Deus, suum est; cum aliqua creata creaturae suae donat, nec vires excutuntur creatis in creatione omnium. nec opes exhauriuntur donantis in distributione suorum munerum. *De panibus*, cap. 19.

58. Omnis substantia, quae Deus non est, creatura est; et quae creatura non est, Deus est. Sent. 55.

59. Male occupatur creatis, qui a Creatore discedit. *Ibid.*, sent. 73.

60. Creaturae rationalis vel intellectualis hominum, quo beata sit, non nisi Deus est, quod ei non ex seipsa est, quia ex nihilo creata est; hoc enim adeptio fit beata, quo amisso misera. *Ibid.*, sent. 143.

61. Nullus quamvis minima naturae, nisi Deum Creatorem dici aut credi licet ab aliquo. *Ibid.*, sent. 146.

62. Magna opera Domini praevidet bonos futuros, et creat; praevidet malos futuros, et creat. *Ibid.*, sent. 291.

63. Omnis creatura, quae mutari potest in melius aut in deterius, corruptibilis est. Sup. *Epist.* ad Rom., cap. 1, can. 23.

64. Creare non est proprium alicui personae, sed commune toti Trinitati. Part. 1, quest. 43, art. 6.

65. Impossibile est aliquid creari, nisi a solo Deo. *Ibid.*, quest. 63, art. 3.

66. Non est creatura tam parva et vilis, quam Dei bonitatem non representet. *Prose.*

67. Si ream cor tum esset, tunc omnis creatura speculum vite et liber sanctae doctrinae esset. Lib. 2 *de Imitatione Christi*, cap. 4, sect. 1.

68. Quando tu respicias ad creaturas, subtrahitur tibi aspectus Creatoris. *Ibid.*, lib. 3, cap. 42, sect. 2.

SENTENTIAE PAGANORUM.

69. Philosophia docet homines cognoscere Creatorem suum. Lib. *de Morie*; apud Bedam, 42.

70. Deus est causator omnium auctor, ratione qua eas produxit ex nihilo. Lib. 3, *Theolog.*, cap. 2.

71. Omne opus quod auctor primus effecit, est perfectum, absolutumque. *Ibid.*, lib. 5, cap. 3.

72. Non temere, nec fortuito facti et creati sumus. Lib. 1, *Tuscul. quest.*

73. Inbecilla non materia Deus orsus est. *Suasor.* 2.

74. Quaecumque fecit Deus, pro hominibus ea fecit. Sent. 28.

75. Monas, id est unitas, omnium principium, radix atque origo, absque vero principio, nihil.

PETR. CEIL.

S. PROSPER

S. REMIGIUS

S. THOMAS

AQUINAS.

THOMAS

A REMPIS.

ARISTOTEL.

CICERO.

SENECA.

SIXT. PHILOS.

TRIMEGIST.

S. BONAVENT.

Initium autem est non principii, sed alterius; monas ergo principium, omnemque numerum continet a nullo contenta, omnemque gignit numerum nullo numero genita. Lib. *de Potest. et sap. Dei*, cui titulus *Pinander*, cap. 4.

76. Universum mundum verbo, non manibus fabricatus est opifex. *Ibid.*

77. Si per ea, etiam quae terra sustententur, fragilia, Deum artificem investigare volueris, circumspice humani corporis opificium, cuius admonitione perdisce, quis tam pulchre imaginis conditor? quis oculorum pictor? quis aures naresque tornavit? quis labia distendit oris? quis nervos letendit atque ligavit? quis irrigavit venas? quis ossa congestis solida? quis carnem pellicula tenui circumtexit? quis digitos articulosque discretit? quis fundamenta pedum extendit? quis perforavit poros atque meatus aperuit? quis splenem coegit atque compressit? quis pyramidalem impressit cordi figuram? quis jeccoris porro textit fibras, atque pulmonum sculpit fistulas? quis alvo capacem amplitudinem tradidit? quis honoranda corporis membra in propatulo figuravit? quisnam denique singula finxit? nonne haec solus ipso invisibilis Deus? *Ibid.*, cap. 5.

78. Cave, cave inquam, ne unquam artificium privas artifice; quinimo congruo Deum nomine praevocato, partemque esse proprium ejus existimato, ac facere singula, quemadmodum sine factore fieri quicumque nequit. *Ibid.*

79. Non alteri cuiquam, quam soli Deo, convenit procreare viventia *Ibid.*, cap. 11.

80. Si omnia viventia sunt, et quae in caelo videntur, et quae jacent in terra, una profecto vita cunctorum manat ex Deo, atque ipsa et ipse est Deus, ab uno fiunt omnia conditore. *Ibid.*

81. Dominus et omnium conformator (quem recte Deum dicimus) hominem fecit, visusque est ei pulcher, utpote qui sit omnium bonitate plenissimus; amavit eum, ut divinitatis suae partem tribueret. *De volunt. divina*, cui titulus *Asclepius*, cap. 4.

Vide etiam titulos, *Angelus*, sent. 7; *Anima*, sent. 32, 124, 128 et 159; *Bonitas*, sent. 94, 105; *Laus Dei*, sent. 93; *Luxuria*, sent. 23; *Vanitas*, sent. 10; *Voluptas*, sentent. 42; *Usus*, sent. 31.

CREDLITAS.

SENTENTIAE PATRUM.

S. ANTHOSIOS.

1. Nemo debet facie alteri credere, nisi ejus virtutem probarit. *De Paradiso*, cap. 4.

S. ANTONIN.

2. Sine mutua credulitate nulla est fida societas, nulla in aliquo fides, nulla spes, et confidentia

firmata, nulla amicitia vera, nullum pactum firmum, nulla concordia, nulla pax, nulla denique in aliquo bono firmitas. Part. 2, tit. 10, de *Mendacis*, cap. 1, § 3.

3. Omnis qui habet prurientes aures, qui omnia verba credit, non homo sed brutum animal dignus est appellari. Ser. 2, *Pentec.*

4. Miser est qui plus credit linguae alienae, quam conscientiae propriae. Ser. 2, *Dom. 5, post Trin.*

5. Credulitas, a qua creduli nominantur, vitium quoddam videtur esse. *De Utilit. credendi*, cap. 9.

6. Credere tunc est culpandum, cum vel de Deo indignum aliquid creditur, vel de homine facile creditur. *Prosec.*

7. In caeteris vero rebus si quis id credit, quod credere fas est, nulla culpa est. *Ibid.*, cap. 11.

8. Facile est homini seu vera seu falsa de altero homine credere. Ep. 50, *ad Bonifac.*

9. Quamvis vera sint quaedam, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis indiciis demonstrantur. Homil. 50.

10. Incertae famae te nimis credulum esse non deceat, quae saepe in sua solet utrobique falli sententia, et de laude videlicet, et de vituperatione. Epist. 18, *ad Petrum Cardinal.*

11. Cunctis pene sapientibus contingere solet in rebus dubiis plus alieno se, quam proprio credere iudicio. Ep. 82, *ad Abbat. S. Joan. Carnutensis.*

12. Non omnibus credendum est, sed nec omnibus incredendum. Ep. 247, *ad Eugen. Pap.*

13. Facilitas credulitatis haec est, cuius callidissima vulpeculae magnorum neminem comperi satis cavisse versutias. *Prosec.*

14. Inde eis ipsis pro nihilo irae multa, inde innocentium frequens addictio, inde praevicia in absentes. Libro 2, *de Consid.*

15. Arrogans credit quod audit, laudat quod agit; et quod intendit non attendit. *Prosec.*

16. Arrogans de alia omni re plus sibi credit, quam aliis; de se solo plus aliis credit, quam sibi. *De duodecim gradibus humil.*, grad. 5.

17. Nihil est quod in vita geri possit, si non credulitas ante praecesserit. Super *Symbolum Apostolorum*, cap. 4.

18. Tarde crede, et noli iis quae dicuntur, cito fidem habere, neque cuiquam dicenti assentiri. *De Perfect. Monachi.*

19. De nobis non nobis, sed nobis melioribus credendum est. Lib. 4, in I, *Reg.*, cap. 5.

20. Nunquam sibi aliquis credat, quicquid sibi animus sine operis attestatione responderit. *Hom.*, 30, sup. *Evang.*

S. ANTONIUS LE PADUA.

S. AUGUSTIN.

S. HIERONYM.

S. BERNARD.

HUGO CARD.

S. JOANNES CHRYSOST.

S. ISIDORUS HISPALENS.

S. CYPRIAN.

S. EPIPHAN.

S. GREG. MAG.

LACT. FIRM.

21. Hoc proprium arrogantium esse solet, ut et pauca credant, quae ipsi multa dixerunt, et multa credant, quae ipsi pauca dicuntur. Lib. 6, *Moral.*, cap. 17.

22. Majora crimina tarde credenda sunt, cum dicuntur. Lib. 19, *Moral.*, cap. 14.

23. Mens saepe refugit credere, quod corporeis oculis non valet videri. Libro 4, *Dialogi*, cap. 5, verbo *Recite.*

24. Majora mala cum forsitan dicantur, nisi probata credi non debent. Lib. 6, in *Registro*, cap. 178. Ep. 14, *ad Constantium episc. Mediolan.*

25. Non est facile malum de proventa etate credendum, quam et vita praeterita defendit, et honorat vocabulum dignitatis. Ep. 4, *ad Rusticum.*

26. Nihil tam inquietat animum, nihil est quod ita mobilem mentem ac levem faciat, quam facile totum credere: hinc enim crebrae dissensiones, hinc odia injusta nascuntur. *Prosec.*

27. Hoc est quod saepe de amicissimis etiam inimicos facit, dum concordēs quidem, sed credulas animas, maliloqua lingua dissociat.

28. At contra, magna quiete animi, magnaue est morum gravitas, non temere de quoquam sinistri quid audire et credere. Ep. 14, *ad Celsantium.*

29. Facillius mala credunt homines; et quodcumque domi fingitur, rumor in publicum fit. Epist. 47.

30. Non omnibus qui loquuntur sis facilis ad credendum; levitas enim in credendo, levem denotat mentem. In *Regula monachorum*, cap. 16.

31. Facilitas credendi sine deliberatione mala est, et haec vituperatur. Super *Ecclesiastic.*, cap. 19.

32. Qui omnia timet, omnia suspicatur, et facile credit quicquid fuerit suspicatus. Homil. 2, *Operis imperf. super Matth.*

33. Posteaquam delationibus aperta sunt aures credulitatis, fit ut qui mentantur fideiiores putentur. Serm. 14, super *Epist. ad Ephes.*

34. Quamvis vera sint, credenda non sunt, nisi quae certis indiciis demonstrantur, nisi quae manifesto examine convincuntur, nisi quae ordine iudicario publicantur. Lib. 2 *de Synonym.*, cap. 16.

35. Interdum falsis lacrymis seducti decipiuntur, cum credimus (dum plorant) eis, quibus credendum non erat. Lib. 2, *de Sum. bono*, cap. 31, sent. 5.

36. Non solum ille reus est, qui falsum de alio profert, sed et is, qui criminibus aurem praebet. *Ibid.*, libro 3, cap. 53, sentent. 6.

37. Majoribus, nulla ratione reddita, rationis

est credere. *De divin. instit.*, lib. 2, *de origine erroris*, cap. 7.

38. Homo quicumque est, si sibi credit, hoc est, si homini credit, ut non dicam stultus, certe arrogans est. *Ibid.*, libro 3, *de Falsa sapientia*, cap. 13.

39. Ille credi qui 4, frequenter labitur, seducitur saepe et caret prudentia. Part. 2 *de Humilit.*, cap. 6.

40. Non omni spiritui est credendum, neque cuncta desideria, quae bona in se consentur, sunt opere perficienda. Part. 2, *de Obediencia*, cap. 25.

41. Non licet defendi, quod non licet credi. Ep. 47, *ad Synodum Calcedonens.*

42. Non leviter neque temere credideris his, qui aliqua in infamiam aliorum referunt. *Prosec.*

43. Satius est putare falsa esse forte quae dicuntur, quam cito dietis fidem adhibere. In can. *Vita spirital.*, cap. 32.

44. Fallitur qui sibi ipsi nimium credit. Libro 4, *de Init. Christi*, cap. 10.

45. Non omnia quae dicuntur, placeant tibi ut credas; neque omni sermone consentias. Tardius crede, et quod verum est, citius dic. Lib. 5, *libello*, 10, num. 102.

SENTENTIAE PAGANORUM.

46. Non est facile quidquam alicui de eo credere, quem ipse diu probaris ac spectaris fidelem. Lib. 8, *Moral.*, cap. 4.

47. Plus aliis de te, quam tu tibi, credere noli. Lib. 1, *Distichor.*, carm. 28.

48. Noli tu quaedam referenti credere semper. Exigua iis tribuenda fides, qui multa loquuntur. *Ibid.*, lib. 2, carm. 48.

49. Credulitas error est magis, quam culpa, et quidem in optimi cuiusque mentem facillime irrepit. Libro 10, Ep. 22.

50. Peccat qui, ante quam consideret, cito quibusvis credit. *Prosec.*

51. Non quibusvis credere oportet, sed prius considerare an vera dicantur. In *Dialogo Democriti*.

52. Equum est aliquando nos iudicio nostro, nostris oculis, non famae semper et rumoribus credere. Libro 10, epist. 100, *ad Trajanum*.

53. Melius omnibus quam singulis creditur; singuli enim decipere et decipi possunt, nemo omnes neminem omnes fecellerunt. *Ibid.*

54. Plurimum mali credulitas facit. Lib. 5, *de Ira*, cap. 23.

55. Nihil nisi quod in oculos incurret, manifestumque erit, credamus; et quomies suspicio nostra vana apparuerit, oburgemus credulitatem. *Prosec.*

S. LAURENT. JUSTIN.

S. LEO I.

LUDOV. BLOS.

THOMAS A KEMPIS.

IN VIT. PATR.

SENTENTIAE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

GATO POETA.

CICERO.

PLATO.

PLINIUS II.

SENECA.

56. Hæc enim castigatio consuetudinem efficiet non facile credendi. *Id.* a., cap. 24.

57. His que narrata sunt, non dehemus cito credere; multi ementuntur ut decipiant, multi, quia decepti sunt. *Ibid.*, cap. 29.

58. Quid est iniquius quam secreto credere, palam irasci? *Ibid.*, cap. 29.

59. Sua quemque credulitas decipit. *De Consol. ad Polibium*, cap. 29.

60. Utrumque vitium est, et omnibus credere, et nulli; sed alterum honestius dixerim vitium, alterum tutius. Ep. 3.

61. Homines amplius oculis quam auribus credant. Ep. 6.

62. Prudentis proprium est, examinare consilia, et non cito facili credulitate ad falsa prolabi. *De quatuor virtutib.*

63. Rumoribus, criminibus, suspitionibus minime sis credulus. *Ibid.*

64. Vitium est omnia credere, vitium nihil credere. *De Moribus*.

65. Iracundo non facile credendum est. Lib. 2, *de Ira*, cap. 22.

66. Ne sint aures criminantibus faciles. *Ibid.*

67. Hoc humane nature vitium suspectum, notumque nobis sit, quod que inviti audimus, libenter credimus et, antequam iudicemus, irascimur. *Ibid.*

68. Animo dolenti nihil oportet credere. In suis *Proverb.*

69. Difficilem habere oportet aurem ad crimina. *Ibid.*

CRESCERE.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROSIIUS. 1. Crescit culpa, cum proditor nec cavetur. Lib. 4, *de Jacob et vita beata*, cap. 4.

S. AUGUSTINUS. 2. Perfectus non crescit; Deus autem non crescit nec minuitur; si enim crescit, perfectus non est; si minuitur, Deus non est. Tract. 14, super *Evangel. Joan.*, de cap. 3.

3. Quantum in te crescit amor Dei, tantum crescit pulchritudo. Tract. 9, sup. *Ep. Joan.*, de cap. 4.

4. Recte dicitur anima discendo quasi crescere et contra, minui dediscendo. *De quant. animæ*, cap. 19.

5. In anima quedam quasi naturalia incrementa sunt, cum honestis, et ad bene beateque vivendum accommodatis disciplinis augeri dicitur. *Ibid.*

6. Per contemptum temporalium et inferiorum, anima crescit in desiderium æternorum et superiorum. *De Spiritu et anima*, cap. 4.

7. Nullum peccatum adeo parvum est, quod

non crescat neglectum. *De Vera et falsa penitentia*, cap. 8.

8. In te vis crescere, sed malo, tuo male crescis; qui enim male crescit, iusto minuitur. Tract. 14, super *Evangel. Joan.*, in cap. 3.

9. Charitas non novit crescere, nisi magis magisque. Super *Psal.* xci.

10. Deus qui semper perfectus est, crescat in te; quanto enim magis intelligis Deum, et quanto magis capis, videtur in te crescere Deus. Tr. 14, de cap. 3, super *Joan.*, in illud: *Oportet crescere*, etc.

11. Singula que auferuntur, ubi ad iustam et sibi propriam magnitudinem pervenerint, auferere desinunt; verum avorum argentum simul cum omni tempore adaugetur. Super *Psal.* xiv, vers. 6.

12. Quantum crescis in gratia, tantum et in fiducia dilataris. Ser. 3, super *Cont.*

13. Etsi anima minima (cum sit spiritus) quantitate corporis recipit, tamen confert illi gratia quod negatum est a natura. *Prosec.*

14. Crescit quidem et extenditur, sed spiritualiter: non in substantia, sed in virtute, crescit et in gloria. *Ibid.*, serm. 27.

15. Non potest vita Dei crescere in homine, nisi vita humana vetus decreseat. Collat. 19, in cap. 3, *Joan.*

16. Deus non habet incrementum, quia ipse in se totus singularis et ineffabilis intelligitur plenitudo; nec aliunde potest crescere, qui consuevit creaturis omnibus incrementa prestare. Sup. *Psal.* lxxix, vers. 8.

17. Crescit dolor, ubi calamitas augetur. Super *Psal.* lxxviii, vers. 8.

18. Tantum crescit calor fidei, quantum de flamma substractum fuerit corporali. Sup. *Psal.* cxviii, vers. *Quia factus sum sicut uter*, etc.

19. Virtus laudata augetur in bonis. Sup. *Ep. ad Philipp.*, cap. 4.

20. In charitate non crescit, nisi qui in vera humilitate crescit. *De Profess. Monast.*, art. 1.

21. Quanto quis crescit in charitate Dei, et in spirituali fervore, tanto plus illuminatur a Spiritu sancto. *De Profectu spirituali*, art. 19.

22. Cætera vitia crescunt vitii, virtutibus vasa. S. EUSEBIUS CÆSARIENSIS.

23. Quanto magis crescit vita, tanto magis homo decrescit. *Epist. ad Damasum Papam, de Morte D. Hieronymi*.

24. Augmenta meritorum, incitantia debent esse profectuum. *Hom. 5, ad monachos*.

25. Deus novit de impiorum criminibus merita augere iustorum. *Ibid. 4, Epiphani.*

26. Quanto in nobis quotidie de Dei spiritu s. GREG. MAG.

S. BASILIUS
MAGNUS.

S. BERNARD.

S. DONAVENT.

CASSIODORUS.

DIONYSIUS
CARTUSIUS.S. EUSEBIUS
CÆSARIENSIS.S. EUSEBIUS
EMISENUS.

S. GREG. MAG.

virtus crescit, tanto noster spiritus deficit. Lib. 22, *Moral.*, cap. 14.

27. Sancta desideria dilatione crescut, si autem dilatione delinunt, desideria non fuerunt. *Hom. 25, sup. Evang.*

28. Nonnulli quo ætate crescut, ah innocentia decrescunt. *Prosec.*

29. Electis vero cum foris ætas corporis crescit, intus (si dici liceat) crescit et ætas virtutis. Libro 21, *Moralium*, cap. 13.

30. Carnis vita per momenta deficit, et tamen canale desiderium crescit. Libro 10, *Moral.*, cap. 13.

31. Dum pravi crescut, etiam infirmi ad sequenda studia pravitate irritantur. Lib. 13, *Moral.*, cap. 4.

32. Si quod videtur bonum gerendum, sollicita intentione non crescit, etiam quod fuerat bene gestum decrescit. Parte 3, *Pastoral.*, cap. 1, admot. 35.

33. Crescit qui in virum perfectum mentis ætate proficit. Lib. 2, in *I Regum*, cap. 2.

S. HIERON. 34. Crescit tibi cum annis gratia, crescat cum ætate iustitia et fides, eo perfectior videatur esse, quo senior est. Ep. 14, *ad Mauriti filium*.

35. Felix ille, qui virtutibus crescit quotidie. Sup. *Psal.* xxi, vers. ultimo.

LACT. ZIRN. 36. Injustum est augeri patrimonia locupletum per damna miserorum. In *Epitome divin. instil.*, cap. *Superest*.

S. LEO I. 37. Natura nostra manente adhuc mortalitate mutabilis, etiamsi ad summa quæque studio provehatur, semper tamen sicut potest habere quo recidat, ita potest habere quo crescat. Serm. 2, *Quadrages.*

38. Constat unum ex altero crescere, quia cum crescit nostrum velle, crescit et posse, et cum utriusque incremento, crescit et delere. Part. 1, tract. 2, cap. 9.

39. Indecorum hoc sanctæ menti est, ut bona sua crescere malis arbitretur alienis. Libro 2, *ad Ecclesias catholicas*.

S. SIDONIUS. 40. Per fas nefasque crescere affectans, pecunia per avaritiam parca est, per ambitum prodigus. Libro 1, ep. 41, *ad Montium*.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTELES. 41. Animalia augetur magis dormiendo, quam vigiland. Lib. *de somno et vigilia* et habetur apud Bedam.

SENeca. 42. Non est bonum quod incremento malum fit. Lib. 1, *de Ira*, cap. 13.

43. Crescit licentia spiritus, servitute committitur. *Ibid.*, lib. 2, cap. 21.

44. In summum perducta, incrementi locum

non habent. *De Constantia sapientis*, cap. 3.

45. Crescere posse, imperfectæ rei signum est. Ep. 66.

Vide etiam tit. *Honor*, sent. 84; *Humilitas*, sent. 141, 142, 172; *Profectus*, per totum; *Virtus*, sent. 56; *Vitium*, sent. 33.

CRIMEN.

Differentia. Hoc inter peccatum et crimen distat, quod omne crimen peccatum est, non tamen omne peccatum crimen est; et multi sine crimine, nullus vero esse sine peccato valet. Lib. 21, *Moral.*, cap. 2.

SENTENTIE PATRUM.

1. Atrocia latere diu nesciunt crimina, quo te. E. ALANUS DE RUPE.

2. Non iterum arguas et impugnes, cuius criminum non deprehenderit. Lib. 2, *Offic.* cap. 24.

3. Non turbentur innocentes cum falsis criminibus appetunt, visitat Deus suos; et ideo ibi est plus auxilii, ubi est plus periculi. *De Joseph*, cap. 5.

4. Domus nulla tam felix, in qua non aliquod flagitium existerit. Ep. 137, *ad Clericum*.

5. Certe nullius crimen maculat nescientem. *Prosec.*

6. Quis locus innocentie reservatur, si crimen est proprium, nescire crimen alienum? Ep. 48, *ad Vincentium*.

7. Crimen peccatum est grave, accusatione et damnatione dignissimum. Tract. 41, sup. *Evangel. Joannis*, de capit. 8.

8. Prima libertas est, carere criminibus. *Ibid.*

9. Quisquis a criminibus flagitiorum alque facinorum vitam suam custodit, sibi bene facit. *De Bono viduitat.*, cap. 22.

10. Quanto quis sublimior est, tanto magis licet leve peccatum ejus sit) grave est crimen. *Prosec.*

11. Sicut humilitas in potente sabbimis et magnifica est, ita et culpa ejus pro crimine habenda est. *De quest. Veter. et Novi Testamenti mixtum positis*, quæst. 402.

12. Nullum scelus coram Deo tam abominabile fit, quam præterita peccata univocare nostrum reminiscendo gaudere, et inde exultare. *De salutaribus documentis*, cap. 11.

13. Ipse erroris accipit nomen, qui errori communitur crimen. Lib. 3, *contra Julian.*, cap. 1.

14. Graves et acerbæ noctes sunt sceleribus pernoctantium; nam et metus ne deprehendantur, omnem ab ipsis quietem propellit. Et habet

S. BASILIUS
MAGNUS.

- tur apud D. Joan. Damasc., lib. 2 *Parall.*, cap. 71.
- V. BEDA. 15. Cito in crimina majora corrui, qui parva pro nihilo ducit. In suis *Proverb.*, verbo *Cito*.
16. Grande scelus, grandi studio debet superari. *Ibid.*
- S. BONAVENT. 17. Oblivio criminum creberrime solet contingere occasione prosperitatis vel adversitatis, vel infidelitatis. Super *Psal.* cxviii.
18. Crimina criminibus vindicantur. Parte 2 *Centiloquii*.
19. Minorem major precedit sicut honore, ita et crimine. Lib. 3 *Pharetrae*, cap. 34.
- S. JOHANNES ABELAT. 20. Gravi damnatione iterantur crimina, postquam Christi sanguine sunt redempta. Homil. 4.
21. Crimen criminibus confessione aboletur. *Ibid.*
22. Non putemus tam facile remitti posse admissa semel crimina, et profundo vulnere in anime impressa visceribus; multo opus est fletu, multo gemitu, multa contritione ad sanandos ipsius cordis dolores. *Ibid.*, Hom. 29.
23. Omnia crimina cito ad nos revertuntur, si non quotidie bonis operibus expugnantur. *Ibid.* Ep. ad *Quosdam*.
- CASSIODORUS. 24. Quem decuerat propter cogitationem sceleris punire: culpam gemitum, dum facinora cogitata divulgat. Sup. *Psal.* lxxii, vers. 8.
- S. CYPRIANUS. 25. Mors criminum, vita virtutum. Ep. 2, ad *Donat.*, cap. 3.
26. Uniuscujusque causa illi audiatur, ubi est crimen admissum. Epist. 55, ad *Cornelium*, cap. 6.
27. Qui semel a recto limite veri itineris aversi sunt, per preceptis et abruptum criminum suorum rapiuntur. Epist. 64, ad *Rogationum, episc.*, cap. 2.
28. Non excusat oppressum necessitas criminis, ubi crimen est voluntatis. *De Lapsis*, cap. 6.
29. Adulterium, fraus, homicidium, mortale crimen est. *De Bono patientia*, cap. 6.
30. Dum existimatur leve crimen esse et modicum, non timetur; dum non timetur, contemnitur; dum contemnitur, non facile vitatur, et fit cetera et occulta pernicies. *De zelo et timore*, c. 1.
- S. EUSEBIUS EMISSEN. 31. Abdicatio criminum, adeptio meritum est. Homil. 3, de *Epiphani*.
32. Deus novit de impiorum criminibus merita augere justorum. *Ibid.*
- GIOS. DECR. 33. Scandali ratione, vel schismatis tolerantur crimina. Apud Gratianum in *Decretis*.
34. Crimen dicitur omne delictum sive mortale sive veniale. sive ex deliberatione procedat, sive ex ignorantia, secundum quod dicitur nemo sine crimine vivit. *Ibid.*
35. Evidentia pairati sceleris non indiget clamore accusatoris. Super *Genes.*, cap. 4, in illud: *Vox sanguinis fratris tui*, etc.
36. Gratus est diabolo et acceptus, qui in flagitiis vivit. Sup. *Josue*, cap. 19.
37. Magna pars poenae est peccatorum, sua scelerata non modo non argui, sed insuper quasi benedicta laudari. Super *Luc.*, cap. 6.
38. Criminosus, alterius criminis iudex esse non potest: et seipsum condemnat, dum in alterius crimen sententiam profert. In *Decretis*, part. 2, causa 3, quest. 7, can. *Sacerdos*, § *Ex quibus*.
39. Ubi virtus discretionis perditur, intentio (quae initium virtutis habuit) finem accipit criminis. Libro 2, *Moralis*, cap. 9, in titulo.
40. Summa criminum dum defenditur, augeatur. Lib. 33, *Moral.*, cap. 4.
41. Uniuscujusque nequitia eo fit ad perpetrandum facilis, quo difficilis ad puniendum. *Ibid.*
42. Scelera peccantium tanto majora incrementa percipiunt, quanto per defensionem potentium diu inulta tolerantur. *Ibid.*
43. Plerumque quod in laicis culpa non est, hoc crimen est in sacro ordine constitutis. Lib. 8, in *Registro*, cap. 5, ep. 5, ad *Subinum subdiacon.*
44. Plerique se flagitiis obruunt, et quasi qui nulla aut minima perdant, securi sunt. Libro 5, in *Regum*, cap. 3.
45. Crimen quod apertis quibusdam indicibus noscitur, non judicandum est antequam apertissime demonstretur. *Ibid.*, cap. 4.
46. Scelus non nisi magnum peccatum est. *Ibid.*, lib. 6, cap. 2.
47. Grave pondus criminis deponi non potest, nisi austeritate magne compunctionis. *Ibid.*, lib. 5, cap. 2.
48. Majora crimina et tarde credenda sunt, cum audiuntur; et citius punienda sunt, cum veraciter agnoscuntur. Lib. 19, *Moral.*, cap. 14.
49. Districtus iudex facinus quod per penitentiam non corrigitur, inultum esse nequaquam patitur. Sup. *Lament. Hierem.* lib. 1, cap. 1, super illud: *Peccatum peccavit*, etc.
50. Illi sunt vere miseri ac miserabiles iudicandi, qui cum se universis criminibus flagitiisque contaminent, nullum eis flagellum correptionis inferunt. *Collat. 7, Abbat. Sereni*, cap. 31.
51. Facinus etsi homines lateat, conscientiam tamen accusatricem non poterit latere. Hom. 17, sup. *Gen.*
52. Multi cum de criminibus accusantur, magna impudentia in alios sua delicta transferre nituntur. *Ibid.* Hom. 63.
53. In perpetrando scelere (quoniam voluptate

GLOSS. INT.

GLOSSA ORD.

GRATIANUS.

S. GREG. MAG.

S. JOANNES DAMASC.

S. ISID. HISP.

S. ISIDORUS PELUSIOTA.

S. ISIDORUS PELUSIOTA.

LACT. FIRM.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. HIERON.

JOAN. CASS.

S. LEO PAPA I.

S. PROSPER.

ROBERTUS BELLM.

CRIMEN.

sunt homines ebrii) non perinde sentiunt; ceterum simul atque commissum est, ceperitque finem, tum demum extincta voluptate, amarus penitentiae stimulus succedit. *De Lazaro mendico*, conc. 4.

54. Cuncta scelera, quae pacem perturbant (ut sunt avaritia, rapina, invidia, accusatio, arrogantia, perjurium, mendacium) ubi charitas fuerit, solvuntur. Hom. 7, sup. II, ad *Timoth.*

55. Commissum crimen dulce est ad momentum, sed vertitur protinus in exitium. Ser. *de Penit.*

56. Parva non sunt, ex quibus magna proveniunt. Orat. 1, de *Imagin.*

57. Perpetrare flagitium aliquod mors animae est; sed desperare est in infernum descendere. Libro 2 de *Summo bono*, cap. 14, sent. 3.

58. Multi vitam sine crimine habere possunt, sine peccato vero non possunt. *Ibid.*, cap. 18, sent. 1.

59. Judicio divino in reatum nequirem labuntur, qui distinguere minora facta sua per negligentiam contempnunt. *Prosec.*

60. Multi a crimine in crimen corrumpunt quia, Dei cognitionem habentes, timorem ejus negligunt. *Ibid.*, cap. 19, sent. 1.

61. Dum facta quaedam non gravia libere ac sine metu committimus, ad peiora scelera et horrenda peccandi consuetudine labimur. *Ibid.*, cap. 29, sent. 1.

62. Duplicati sit criminis reus, qui admittit scelera per voluntatem et defendit ea per contumaciam tumorem. *Ibid.*

63. Crimen in rebus non est, sed in usu agentis. Lib. 3 de *Summo bono*, cap. 59, sentent. 12.

64. Quid obscuriorum scelerum non admiserint, qui etiam de manifestis gloriantur? Lib. 2, ep. 153, ad *Martinianum*.

65. Nunquam potest esse scelus tam clarum, ut defensionis non sit locus. *De ira Dei*, cap. 18.

66. Nullum tam immane scelus est quod non cordis compunctione deleatur. *De Casto convivio*, cap. 7.

67. Nemo, criminibus pregravatus, ad perfectionis vale evolare fastigium. Part. 2, de *Perfect. grad.*, cap. 6.

68. Diabolus facile in omnia flagitia impellit, quos religio decipit. Ser. 4, de *collectis*.

69. Illa crimina caveantur, quae publicata suos auctores humano faciunt damnari iudicio. Lib. 2 de *Vita contem.* cap. 7.

70. Quam multi in foro et in plateis modeste et temperate se gerunt, sed in cubiculis, ac praesertim in cubiculo cordis, per omnia scelera volutantur. Sup. *Psal.* c, vers. 3.

T. I.

71. Multi horrent crimina, sed paucissimi evitant; in aliis quippe horrent quod in se semper admittunt. *Prosec.*

72. Volunt sibi id majores quasi privilegium vindicare, ut jure suo crimina vel minora committant. Lib. 3 de *Gubern. Dei*.

73. Non sanat unius conversio crimina plurimorum. *Ibid.*

74. Inter multos eorumdem criminum reos, nullus est criminosior, quam qui se non putat criminosum. *Ibid.*, libro 4.

75. Leditur scelere personali causa cunctorum. *Ibid.*, libro 6.

76. Sicut optimi cupiunt virtutum universarum culmen ascendere: sic pessimi optant palmas sibi universorum scelerum vindicare. *Ibid.*, libro 6.

77. Voluntas crimen non habet ubi furor peccatur. *Ibid.*

78. Super omnem monstruosi piaculi execrationem est scelus summum admittere, et pudorem sceleris non habere. *Ibid.*, libro 7.

79. Nullum omnino tam grande crimen est, quod non ejus facinore committitur, ejus sententia sublevetur. *Ibid.*, libro 4, ad *Eccles. catholicas*.

80. Quatuor sunt inter cetera enormia crimina: scilicet civitatis desolatio, maris et femine foeda conjunctio, homicidii perpetratio, socii detractio. *Opus. de Scientiis utilioribus*.

81. Multa sunt quidem humani corporis vitia et satis gravia, sed parum possunt consiliis, virtutibusque suis, nisi sceleribus armentur alienis. *Prosec.*

82. Quid falsitas posset, si cupiditas otiosa dormiret? et ipse mortis exitus minor esset, si aut ferrum deliceret, aut venena cessarent. Hom. 5, de *Oris insolentia*.

83. Ubique crimina porriguntur, ibi diabolus dominatur. *Ibid.*

84. Infelix quod teste caret, putat se carere facinore. *Sermo de patientia*.

SENTENTIA PAGANORUM.

85. Si vitam inspicias hominum, si denique mores cum culpet alios, nemo sine crimine vivit. Libro 1 *Distichor.* metr. 9

86. Scelerum permisso, et iis qui perpetrant perniciosa est, et iis qui permittunt. Orat. 50, *Philipp.* 8.

87. Nihil est quod tam miserum faciat, quam impietas et scelus. Libro 4, de *Finitibus*.

88. Quod facinus suscipitur, nisi consilio capto, aut sine animi motu et cogitatione prius non perfitur? Libro 3 de *Natura Deorum*.

89. Qui immoderatam habent licentiam, maxi-

32

SALVIAN.

S. THOMAS.

AQUINAS.

S. VALERIAN.

S. ZENO.

CATO POETA.

CICERO.

PLATO.

ma et plano impio committunt facinora. De Rhetorica.

90. Eum qui nullius sceleris sibi est conscius, jucunda spes perpetuo comitatur. Lib. 1 de Republica.

91. Nihil magnum aut mirum facere potest, qui maximis quibusdam sceleribus se contaminat. *Ibid.*, lib. 2.

92. Nemini unquam scelus impune cedat, sed vel exilio, vel morte, vel vinculis, vel verberibus luat. Libro 9 de Legibus.

SENECA.

93. Omnia sceleribus ac vitis plena sunt; plus committitur quam possit correptione sanari. Libro 2 de Ira, cap. 8.

94. Omnia scelera etiam ante affectum operis, quantum culpae satis est, perfecta sunt. De Constantia sapientis, cap. 7.

95. Maxime scelerum supplicium in ipsis est. Ep. 87.

96. Omnibus crimen suum voluptati est. Ep. 97.

97. Tuta scelera esse possunt, secunda non possunt. *Ibid.*

98. Nullum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindict, impunitum est; quoniam scelera in scelere supplicium est. *Ibid.*

99. Nunquam scelus scelere vincendum est. De Moribus.

100. Bonorum crimen officiosus est miser. In suis Proverbis.

101. Crimen relinquit vitae, qui mortem appetit. *Ibid.*

102. Fatetur facinus is qui iudicium fugit. *Ibid.*

103. Grave crimen etiam cum dictum est, Leviter nocet. *Ibid.*

104. Res optima est, non sceleratos extirpare, sed scelera. *Ibid.*

Vide etiam titulos Accusatio, sent. 99; Patientia, sent. 49; Penitentia, sent. 239; Polos, sent. 82; Punio, sent. 16; Satisfactio, sent. 19.

CRUDELITAS.

S. THOMAS
AQUINAS.

Etimologia. Cruelitas dicitur quasi cruditas; sicut enim ea quae sunt cocta solent habere suavem saporem, ita illa quae sunt cruda, habent horribilem et asperum saporem. Secunda secunda, quest. 139, art. 4.

S. CREG. MAG.

Definitio. Cruelitas dicitur, qui districto feriendo non parit. Libro 29, Moral., cap. 23.

S. THOMAS
AQUINAS.

Cruelitas est quae non solum attendit culpam in eo qui puniatur, sed excedit modum in puniendo. Secunda secunda, quest. 139, art. 2.

SENECA.

Cruelitas nihil aliud est quam atrocitas animi in exigendis penis. Libro 2, de Clementia ad Nerone, cap. 4.

Illos crudelēs vocabo, qui puniendi causam habent, modum non habent. *Ibid.*

Cruelitas est inclinatio animi ad asperiora. *Ibid.*

Differentia. Inter crudelē et sēvum hoc interest, quod crudelis monstratur sanguine, sēvus circa verba est. Libro 1, de Differentiis, different. 200.

Cruelitas differt a sēvitia, sive feritate, sicut malitia humana a bestialitate. Secunda secunda, quest. 139, art. 2.

Comparatio. Sicut lapis nunquam oleum fundit, ita neque crudelitas humanitatem. Hom. 12, super Joan.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Fallitur vincendi opinio contra crudelitas. S. AUGUSTINUS. Serm. 2, de S. Vincentio.

2. Leo fortissima bestia, praede avida, unguibus et dentibus armata, homini non est saeva, sed pia. *Prose.*

3. Unde si hominem obvium habet in deserto, non solum eum laedit, sed eum deducit, et viam illi ostendit, nisi fame nimia laboraverit.

4. Vide ergo quam crudelis est homo, animal mansuetum natura, cum non parit ei, cui saevissima parit fera. Ser. 4, de Uno Martyre.

5. O crudelitas humana! o coram dura, tygridis lacte nutrita! unde vobis tanta crudelitas? *Prose.*

6. Constat quod Deus crudelitatem prohibet, et misericordiam docet; et in hominibus crudelitas est tanta, ut mutuo se non possant, neque subveniant, sed mutuis vulneribus inter se crudeliter, quam animalia bruta, pugnent. Ser. 5, de Una Virgine.

7. Cruelitas tyrannorum, nostra correctio est. CASSIODORUS. Super Psalm. cxvii, vers. 18.

8. Qui crudelitate pascitur, bestialis iracundiae, et cruenti furoris dominio subjugatur. Hom. 11, de Paschalate.

9. Non est crudelitas pro Deo, sed pietas. S. HIERONYMUS. Tom. 2, epist. 3, ad Riparium adversus Vigilantium.

10. Non est crudelis, qui crudelēs jugulat; sed crudelis ideo vocatur, quia crudelis patientibus esse videtur. Nam latro, suspendendus pabulo, crudelēm iudicem putat. Super Isaia, et habetur in Decretis Gratiani, parte 2, causa 23, quest. 5, can. Non.

11. Cruelitas in duobus consistit; in afflictione corporis, in minutione fame. Super Psalm. lxxxii.

12. Quanto plus quisque exarsit in crudelitate, tanto amplius obcaecari meruit in ignorantiae saevitiae. Sup. Ezech., cap. 4.

S. ISID. HISP.

S. THOMAS
AQUINAS.S. JOHANNES
CHRYSOST.

S. AUGUSTINUS.

S. BOVAVENT.

LACT. FIRM.

S. LEO I.

S. PETRUS
CHRYSOLOG.

SALVIANUS.

TERTULLIAN.

THEOPHYLACTUS.

S. THOMAS
AQUINAS.

S. VALERIAN.

S. HIERONYMUS.

CICERO.

SENECA.

HUGO CARD.

S. JOHANNES
CHRYSOST.

13. Homo quando in malum declinat, truculentum bestiarum imitatur crudelitatem. Hom. 19, sup. Genes.

14. Bestia quamvis sit crudelis, tamen quia irrationalis est, declinabitur ab homine crudelitas ejus; homo autem crudelis, cum sit rationalis, non facile evadetur crudelitas ejus. Hom. 24, Oper. imperf. super Matth.

15. Nihil ita Spiritum sanctum extinguit, sicut inhumanitas et crudelitas. Homil. 49, super Joan.

16. Mens barbara est, quae dura et immitis est. Serm. 6, sup. Ep. ad Rom.

17. Cruelitas ex stultitia est. Homil. 9, super Ep. ad Colossens.

18. Hinc crudelitas, hinc immanitas surgit, cum quis avarus et cupidus, suique amator, ingratus, lascivusque fuerit. Hom. 8, super II, ad Tim.

LACT. FIRM.

19. Cruelitas patientia vincitur. De Divin. instit., libro 6, de Vero cultu, cap. 17.

S. LEO I.

20. Nihil in Martyribus obtinet, nihil proficit saeva crudelitas. *Prose.*

21. Sævisti, persecutor, in Martyrem, sævisti et auxisti palmam, dum aggeras poenam. Serm. de Nativ. sancti Laurentii.

22. Semper febricit impietas, a phariseis semper crudelitas detinetur. Serm. 173.

S. PETRUS
CHRYSOLOG.

23. Nihil est in nos crudelitas nobis. Libro 8, de Gubern. Dei.

TERTULLIAN.

24. Cruelitas tyrannorum, gloria est Christianorum. Libro ad Scapulam, cap. 3.

THEOPHYLACTUS.

25. Nihil ita odit benignus Deus, ut crudelitatem. Super Matth., cap. 6: Si non remisistis, etc.

S. THOMAS
AQUINAS.

26. Si homo declinat propter crudelitatem, nulla bestia ita est crudelis. Super Epist. ad Titum, cap. 1, in illud: Creienses male bestia.

S. VALERIAN.

27. Cruelitas impietati servit, et portas inferi cruenta moeris lege custodit. Hom. 5, de Oris insolentia.

SENTENTIAE PAGANORUM.

CICERO.

28. Nihil quod crudelē, utile; est enim hominum naturae (quam sequi debemus) maxime inimica crudelitas. Libro 3 Offic.

SENECA.

29. Cruelitas minime humanum malum est, indigniusque tam mitis animi; ferina ista rabies est, sanguine gaudere ac vulneribus, et abjecto homine, in sylvestre animal transire. Lib. 4, de Clement. ad Nerone, cap. 21.

30. Devota crudelitate, et ministrata crudelitatis iram. De Mariabus.

31. Lassa crudelitas non est vocanda clementia. In suis Proverbis.

32. Crudeles sunt, qui tanquam ignotos homi-

nes, et obvios, non in compendium, sed occidendi causa occidunt. Lib. 2, de Clementia ad Nerone, cap. 4.

33. Acerbissima crudelitas est, quae trahit poenam. Lib. 3, de Benefic., cap. 5.

Vide etiam titulos Afflicto, sent. 49; Homo, sent. 84; Ira, sent. 93; Manueludo, sentent. 11; Parentes, sent. 32; Severitas, sent. 32; Tyrannus, sent. 6, 51.

CRUX IN GENERE.

Etimologia. Crux a cruciata dicitur. Hom. 37, s. CREG. MAG. super Ecang.

Divisio. Duplex est Crux, materialis et spiritualis. Prima est exterior, quae consistit in opere; secunda interior, quae portatur in corde. *Prose.*

Crux corporalis, honorum est et malorum; sed spiritualis est tantum honorum. Serm. 3, de Sancto Andrea.

Duplex fuit Crux Christi, exterior, quae fuit lignea. Interior, quae fuit aurea. *Prose.*

Exterior, fuit Passions et penitentiae; interior, fuit compassionis et misericordiae. Titul. 7 Dicitur, cap. 4.

Tres sunt cruces, prima latronis desperantis, secunda latronis hōni deprecantis, tertia Christi. *Prose.*

Prima crux est diaboli, secunda justi, tertia Christi.

Prima malitiae, secunda penitentiae, tertia justitiae.

In prima cruce crucior, ad secundam tendo, pro tertia suspior.

Primum timeo, secundam quaero, tertiam desidero.

In prima est poena tantum; in secunda, poena cum venia; in tertia, gloria.

Ad crucem malitiae pertinet poena, ad crucem penitentiae venia, ad crucem vero justitiae, gloria. Libro 2, de Claustro animae, cap. 23.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Ubi pax et multa pax, ibi Crux Christi non opprobrio, sed salutis est. *Prose.*

2. Crux opprobrium peritolo, fideli gratia, fidelis redemptio, fideli resurrectio est. Super Psalm. cxvii, vers. 3.

3. Ubi signum Crucis erigitur, statim et diaboli iniquitas repellitur, et ventorum procella sopitur. Serm. 56.

4. Crux quanto diutius jacet, tanto difficilior tollitur. De mensuratione crucis, verbo Hinc autem.

5. In cruce candet Christi nudatum pectus,

HUGO A
S. VICTORE.

S. AMBROSIUS.

S. ANSELMUS.

rubet cruentum latus, tensa arent viscera, decora languent lumina, regia pallent ora, procera rigent brachia, pendent sanci sanguis marmorea, rigat terebratos pedes sancti conquiri unda. In *Meditat.*

S. ATHANAS. MAGN.

S. AUGUSTIN.

6. Solo Crucis signo utens, homo dolos dæmonum a se propellit. *De Incarnat. Verbi.*

7. Quod virga petra percutitur, Crux Christi figuratur; ligno enim accedente ad petram, gratia manavit, et quod bis percutitur, evidentiùs significat Crucem; duo quippe ligna sunt Crux. Lib. 4, *Quæst. super Numeros*, quæst. 33.

8. Nihil erat tunc cruce in carne intolerabilis, nihil est nunc in fronte gloriosius. Tract. 36, *super Evang. B. Joan.*, de cap. 8.

9. Christianus in fronte cruce figat, ubi sedes pudoris est; ibi omnino, ibi in quo membro erubescit. *De verbis Apost.*, serm. 8.

10. Crux fuit mortifera Christo, sed salutifera Christiano. Ser. 3, *de Resurr.*

11. Crux magnam in se mysterium continet, cujus positio talis est ut superior pars coelos petat, inferior terræ inhaereat, fixa in infernorum ima contingat, latitudo autem ejus, partes mundi appetat. Ser. 1, *de Vigilia Pent.*

12. Totus figatur in corde, qui pro nobis firmus est in cruce. *De Sancta virginit.*, cap. 53.

13. Crux non ad potentiam documentum, sed ad exemplum patientiæ suscepta est; ibi Christus vulnera tua curavit, ubi sua dña pertulit; ibi a morte sempiterna te sanavit, ubi temporaliter mori dignatus est. Tract. 3, *super Evang.*, de cap. 1.

14. Crux carnis ipsa crucifigenda est, et transfigenda clavis timoris Dei, ne solutis et liberis membris reluctantem portare non possis. Ep. 38, *ad Letañ.*

15. Crux finita est in pœna, infinita manet in gloria; a locis suppliciorum, fecit transitum ad frontes Imperatorum. Super *Psal. xxxvi.*, vers. 18.

16. In frontibus Regum pretiosus est signum crucis, quam gemma diadematis. Super *Psal. lxxiii.*

17. Grande spectaculum, Jesus portans cruce suam! sed si spectat impietas, grande ludibrium; si pietas, grande mysterium. *Prosee.*

18. Si spectat impietas, grande ignominie documentum; si pietas, grande fidei munimentum. Tract. 117, *sup. Evang. B. Joan.*, de cap. 19.

19. Lignum crucis ubi fuerunt fixa membra morientis, etiam cathedra fuit magistri docentis. *Ibid.*, tract. 119, de cap. 19.

20. Crux est baptisma quod ergo Crux Christo et sepulchrum, hoc nobis baptisma factum est. Lib. 1, *Contra Julianum*, cap. 2.

21. Nihil tempore quo Christus crucifixus est, fuit ignominiosius, quam mors crucis. Ser. 18, *de Verbo. Dom.*

22. Ubi Crucis Christi memoria, ibi dæmonum est pernicies; ubi signum coeleste est, ibi diaboli exitium. Orat. 14.

23. Via ad salutem, Passio, et Crux, regni conciliatrix. Orat. 31.

24. Duobus modis crux tollitur, cum aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur. Lib. 3, in *Luc.* cap. 9, in illud 38: *Et tollat cruce suam.*

25. Quatuor virtutum gemmis cornua crucis ornantur. Est supereminenter charitas; a dextris, obedientia; a sinistris, patientia; humilitas in profundo. Ser. 1, in *Pasch.*

26. Crucis ignominia, credentium facta est gloria. Ser. 4, *Assumpt. B. Mariæ.*

27. Semper lignum crucis vitam germinat, fructifera jucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sedat spiritualium charismatum. Ser. 1, *de S. Andree.*

28. Felix anima, que in Cruce Domini gloriatur et triumphat, tantum ut perseveret in ea, et nullie valeat tentationibus deici. *Ibid.*, serm. 2.

29. Gratia ignominia Crucis est ei, qui crucifixo ingratus non est. Ser. 25, *super Cant.*

30. Cum Jesus in summa Crucis esset amaritudine, nihil exivit de ejus corde, nisi dulcedo. Libro *de Passione*, cap. 12.

31. Telo Crucis Christi in bello fortes effecti, hostem fortiter ferimus. *Ibid.*, cap. 19.

32. Crux Jesu Christi non tantum fuit unius diei, sed tota vita illius Crux fuit et Martyrium. *Ibid.*, cap. 35.

33. Slat Christus in cruce expansis manibus, nudo corpore, manibus simul et pedibus perforatis, capite inclinato; suscipe igitur affectum paratum ad tuos, et te ad stoc invitantis amplexus. *Ibid.*, cap. 44.

34. Signaculum regum Crux est, quam si in cordis nostri memoria portaverimus, tanti regionem Regis, que finem non habet, secure poterimus transire. *Ibid.*

35. Delectatio de recordatione Crucis, est mel dulcissimum. *Ibid.*

36. Vere nihil est quod ita ab omnium vitiorum impulsu et cogitatione cogitationem nostram purificet, et in puritate conservet, sicut jugis memoria Crucis Domini Jesu. *Ibid.*

37. Quoties alicujus serpentina tentationis morsu nos cognoverimus vulneratos, ad Crucem curramus. *Ibid.*, cap. 45.

38. De quatuor generibus arborum Crux facta fuisse refertur. De cypresso, de cedro, de oiva,

S. BASILIUS SELECC.

V. BEDA.

S. BERNARD.

de palma; cypressus in profundo, cedrus in longo, oliva in alto, palma in lato. *Ibid.*, cap. 16.

39. Victoria de diabolo in cruce reportata, etsi alio modo potuit, alio tamen modo impleri non debuit. *Ibid.*, cap. 16.

40. Necessarium fuit diabolum per hominem vinci et per lignum. *Ibid.*

41. In cellaria regia, non nisi per torcular Crucis iter est. *Ibid.*

42. Bajulum Crucis non gravat, sed levat; non deprimit, sed extollit; non quassat, sed erigit. Ser. 11, *de Cena Domini.*

S. DONAVENT. 43. In cruce pendet omnis fructus vitæ, quia ipse est arbor vitæ, quæ est in medio Paradisi. Lib. 1, *Pharetræ*, cap. 4.

44. Crux usque ad Passionem Christi pœna fuit reorum, nunc autem est victoriæ trophæum, et gloria Ecclesie. Sup. *Sup.*, cap. 2, in illud: *Verbis turpissima*, etc.

45. In cruce Christus dedit corpus tortori, Spiritum Patri, Matrem Joanni, Paradisum latroni. Ser. 1, *Dom. 1, post Epiph.*

46. In Cruce pendere (o anima christiana) continue debes sicut Christus, qui vivens nunquam descendere voluit. Ser. 5, *Dom. in Octava Paschæ.*

47. Neminem audiamus, fratres, non sanguinem, non spiritum quemlibet, descendum a Cruce sudantem; persistamus in cruce, moriamur in cruce, deponamur aliorum manibus, non nostris, exemplo illius qui in cruce dixit, Consummatum est. *Ibid.*

48. In principio cujuslibet operis boni, premitte signum Crucis in fronte. Titul. 2, *Dieta*, cap. 5.

49. Cor in cruce, crux in corde, crux in ore, crux in membris, cor a cruce sorbeat. In *Laudismo de S. Cruce.*

50. Crux est optima medela, contra Zabulonis tela valde salutifera. *Ibid.*

51. In omnibus pressuris gravibus et duris, totum remedium Crux est. *Ibid.*

52. Nullus se excuset, in quocunque sit statu, quia nullus est qui non inveniatur in arbore crucis suavissimum fructum et sufficientissimum nutrimentum. Part. 1, *de Stimulo amoris*, cap. 15.

S. CEBASIIUS ARELATENS. 53. In ligno crucis (cum vite esset lignum) Christus appensus est, quasi seipsum pensaret in pretium perditum. Hon. 6.

CASSIOGORUS. 54. Omne corpus Christi in cruce sic fuit extensum, quatenus ejus ossa humanis oculis numerabilia videntur, ut quod caro superduca celaverat, nimia tensione corporis appareret. Sup. *Psal. xxi*, vers. 18.

55. Christus, placato animo, ibat ad cruce,

tranquilla mente moriturus. Sup. *Psal. xi*, vers. 13.

56. Crux Domini pravum atque distortum corripuit orbem terræ, dum per regulam fidei, Paganorum corda convertit. Sup. *Psal. xcvi*, vers. 10: *Etenim corripuit orbem terræ.*

57. Non timetur mortis periculum, ubi tantæ s. CYPRIAN. reverentiæ conspicitur signum. *De Nativitate Christi*, cap. 2.

58. Non pudeat nos Crucis Christi; quod si s. CYRILLUS HIEROSOL. aliquis id occultet, tu manifeste signa te cruce in fronte, ut dæmones signum Regis videntes, tremantes procul fugiant. *Prosee.*

59. Fac autem hoc signum, et manducans et bibens; et sedens et stans, et loquens et ambulans; in summa, in omni negotio. Cateches. 4 *de Ascensione.*

60. Non pudeat nos Crucis Salvatoris, sed in ea potius gloriemur. *Ibid.*, Cateches. 13.

61. Pro te crucifixus est Jesus, qui nihil peccaverat, et tu pro crucifixo non crucifigeris. *Ibid.*

62. Non pudeat nos crucifixum confiteri, sed in fronte confidenter signaculum crucis digitis imprimatur, et in aliis omnibus crux h.t. *Prosee.*

63. In panibus comedendis, et in poculis bibendis, in egressu, et ingressu, ante somnum recumbendo et surgendo, cundo et quiescendo. *Ibid.*

64. Nihil absque signo crucis peragas; sed sive s. EPHRAÏM dormias, sive expergiscaris, sive operi insistas, sive comedas, sive bibas, sive iter agas, sive per mare naviges, sive flumen trajicias, sive quid aliud agas, omnia membra tua salutari ac virifico crucis signaculo semper consignes atque communias. *De sanctissima Cruce.*

65. In libro crucis lege, et mundanæ ac curiosæ scientiæ ne vacaveris. *Opuscul. Apophthegm.* 33.

66. Crucis acuminis et virtute Ecclesie diabolus interfecit. Sup. lib. *Judic.*, cap. 4.

67. Sicut tentorium super aliquem tenditur, ne a sole uratur; ita Caro Christi, in Cruce extensa, fuit nobis obumbratio vitiorum. Sup. *Cantica*, cap. 1, in illud: *Sicut pelles Salomonis*, etc.

68. Contra malos posita est lex, bonis autem posita est Crux. Sup. *Ep. ad Galat.*, cap. 5.

69. Christus in Cruce positus sibi etiam et penitentiam peccantium, et fidem exoptabat perditorum. In *Septem Psalmos penit.* sup. *Psal. v*, vers. 10.

70. Vexilla militum crucis insignia sunt. Epist. 7, *ad Letañ.*

71. Regum purpuras et ardentes diadematum gemmas, patibuli salutaris pictura condecorat. *Ibid.*

S. CYPRIAN.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

S. EPHRAÏM.

S. FRANCOISCUSS ASSISTIAS.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREG. MAG.

S. HIERONY.

72. Dei filius sustinuit ignominiam Crucis, et tu putas beatos, qui felicitate istius sæculi et delicis perfruunt. Ep. 33, *ad Castratum*.

73. Gloria Salvatoris patibulum triumphantis est; cruciatur ut homo, glorificatur ut Deus. Epist. 28, *ad Hedibium*, quest. 9.

74. Ad omnem ætatem, ad omnem incesum manus pingat crucem. Ep. 23, *ad Eustoch.*, et in *Regula monachor.*, cap. 14.

75. Christianis vexilla crucis delicia sunt. In *Regula monachor.*, cap. 22.

76. Crux Christi non solum nobis, sed et Angelis cunctisque in cælo virtutibus profuit, et aperuit sacramentum, quod ante nesciebant. Lib. 2, sup. Ep. *ad Ephes.*, cap. 3. in illud: *Ut innotesceret nunc principatibus*.

HUGO CARD. 77. Crux est scala cæli: duo ejus latera, mortis ignominia et mortis angustia. Sup. *Genes.* cap. 28.

78. Tanta est virtus crucis ut, si mente fideliter teneatur, nulla tentatio valeat prævalere; imo omnis tentatio in memoria crucis superatur. *Ibid.*, cap. 35.

79. Crux tribus modis tollitur, aut cum propter fidem Christi martyrium sustinetur, aut cum penitentia onus assumitur, aut quando proximis quis compatiatur. Sup. *Math.*, cap. 10.

S. IGNATIUS MART. 80. Crux Christi prima fuit diabolo condemnationis, mortis, et perditionis causa. Ep. 8, *ad Philipp.*

81. Crux Christi incredulis scandalum est, credentibus vero salus. *Ibid.*, Ep. 14, *ad Ephes.*

S. JOANNES DAMASCENUS 82. Crux nobis signi loco in fronte data est, haud secus ac circumcisio Israel. *Pros.*

83. Per hanc enim nos, qui fide præditi sumus, ab infidelibus distinguimur, atque in Dei filios agnoscimur. Lib. 4 *de Fide orthodox.*, cap. 12.

F. ISIDORUS HISPALENS. 84. Qui crucem portat, debet et mundo mori, nam ferre crucem et mori, mortificare seipsum est; ferre autem et non mori simulatio hypocritarum est. Lib. 2 *de sum. bono*, cap. 2, sent. 9.

85. Quæcumque mens procellis mundi hujus involveris, lignum conscende crucis, et a mari [id est tempestate hujus mundi] liber eris. Lib. 3 *de sum. bono*, cap. 22, sent. 2.

S. JOANNES CHRYSOST. 86. Per lignum Adæ servitus, per lignum Christi libertas; luctus in principio, gaudium in postremo; in primo mors, in novissimo vita; in exordio interitus, gloria in supremo. Serm. *de Genes.*

87. Crux, ante oculos visa, omnem statim abigit malam voluptatem; hæc enim salus est animæ, fœdærum concupiscentiarum salubre antidotum. Serm. *de Josephi continentia*.

88. In penetralibus, et in parietibus, et in fe-

nestris, et in fronte ac mente magno studio crux est inserenda; id enim salus, id communis libertatis, id mansuetudinis atque humilitatis signum est. Hom. 53, sup. *Math.*

89. Quando cruce te signas, universam tecum crucis causam verte, et iræ ac reliquarum passionum incendia extingue. *Ibid.*

90. Hæc crux non terribiles, sed despicibiles hominibus demones efficit. *Ibid.*

91. Quicumque crucis signum habet in fronte, hic a diabolo percussus non potest. Hom. 44, sup. *Marc.*

92. Crux animi est ad aciem instructi et mortificati, nihilque remissi querentis. Serm. 13, sup. Ep. *ad Philipp.*

93. Magnum bonum est crux, salutaris armatura, et scutum inexpugnabile. *Ibid.*

94. Reges positus diadematis, crucem suscipiunt, mortis Christi sybolum. *Adversus Gentiles quod Christus sit Deus.*

95. In omnibus Crux, in purpura crux, in diadematis crux, in precibus crux, in armis crux, in mensa crux, in toto orbe crux, super solem fulget crux. *Ibid.*

96. Crucem non simpliciter digito in corpore, sed magna profecto fide in mente formare oportet. *Prose.*

97. Nam si hoc modo eam impresseris, nullus scelestorum demonum, eum hastam videat, quo lethale vulnus suscepit, congrredi tecum audebit. Hom. 53, sup. *Math.*

98. Infami genere supplicii Crucis Christus affici voluit, ut is qui humilis advenerat, humilibus et infirmis opem ferret, et in omnibus spem salutis ostenderet. *De Divin Inst.*, lib. 4, *de Vera sapientia*, cap. 26.

99. Eo genere supplicii Crucis Christus affici voluit, quo humiles et infirmi solet, ne quis esset omnino, qui eum non posset imitari. *Ibid.*

100. Nulla gens tam inhumana est, nulla regio tam remota, cui sublimitas Majestatis Christi in cruce ignota sit. *Ibid.*

101. Signum crucis maximo terrore demonibus est. *Ibid.*, cap. 27.

102. Pendente in patibulo Creatore, universa creatura congemuit, et crucis clavos omnia elementa senserunt, nihil ab illo supplicio liberum fuit. Serm. 6, *de Passione Dom.*

103. Crux Domini sicut Judæorum erat mente crudelis, illa est in crucifixi virtute mirabilis. *Ibid.*, Serm. 11.

104. Crux Christi, quæ salvandis est impensa mortalibus, Sacramentum est, et exemplum; Sacramentum quo virtus impletur divina, exemplum quo devotio excitatur humana. Serm. 2, *de*

105. Unusquisque fidelis Christi cruce armatur ut Christo dignus habeatur. Serm. 9, *Quadrages.*

S. MACHAB. AEGYPT. 106. Christiani perfecti, qui meruerunt ad gradum perfectionis pervenire, et Regi proximi fieri, Cruci Christi perpetuo consecrati sunt. Hom. 17.

S. MAXIMUS EPISC. 107. Crux Domini non illa tantum dicitur, quæ passionis tempore ligni affixione constructur; sed et illa quæ totius vitæ curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur; ut intelligas crucem non solum ligni esse patibulum; sed et vitæ virtutis propositum. *Pros.*

108. Tota igitur vita Christiani hominis (si secundum Evangelium vivat) Crux est atque martyrium. Hom. *de Martyriis*.

ORIGEN. 109. Est tanta vis Crucis Christi, ut si ante oculos ponatur, et in mente fideliter retineatur, nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla superare possit invidia. Lib. 6, in cap. 6. Ep. *ad Rom.*

PETR. BLES. 110. Andeo ego et dico, in districtiori cruce pendet vir contemplativus, quam Christus: quia et durtior, et in pluribus coerecens eum. *Pros.*

111. Christi membra sic clavis confixa sunt, ut officii suis uti non valeret: lingua tamen libera a crucifixione, loquebatur, orans pro crucifixoribus; vir autem contemplativus, sic omnia membra sua clavis obedientiæ arctavit, ut nec etiam lingua loqui valeat.

112. Quid in hac cruce faciendum? utique quod Christus fecit in sua; moriendum est in ea, quia Christus mortuus est in sua.

113. Si perstrepat mundus, si demones, si caro propria, et dicant: Descende de cruce; juvenis es, circa senium ascendere poteris.

114. Dic eis, nihil certius morte, nihil incertius hora mortis; vigilabo et stabo in cruce, donec inclinato capite tradam spiritum. Serm. 9, *de Purificat.*

PETR. CELL. 115. Lenit dolores patientis Christiani, assidua recordatio in Cruce pendentis. *De Panibus*, cap. 23.

S. PETRUS DAMIANUS. 116. Ubicumque signum crucis erigitur, ille procul dubio, et Christi victoria, et diaboli captivitas denotatur. Serm. 18, *de Invent. S. Crucis*.

117. Per lignum servi facti, per lignum sumus libertati pristinae restituti. *Prose.*

118. Per lignum de Paradiso fueramus ejeti, per lignum sumus ad patriam revocati. *Ibid.*

119. Ille non amat Christum, qui non amat Crucem Christi. *Ibid.*

120. Præferimus crucem in fronte, sed eandem crucem multo salubrius recondamus in corde. *Ibid.*

121. Non sibi quisquam de solo signo crucis applaudat, si veritalem crucis in operibus non exhibeat. *Ibid.*

122. Ille cordi suo signum crucis veraciter habet impressum, qui Christum (qui in cruce suspensus est) diligit. Serm. 39, *de S. Cassiano*.

123. In signo victoriae victorem colimus, et adorando crucem, ipsum (qui crucifixus est) adoramus. Serm. 48, *de Exaltat. S. Crucis*.

124. In tremendi examinis die, beata Crux ulnis advehetur Angelorum, et ante omnium ponetur ora mortalium. *Ibid.*

125. Crux pellit omne crimen, Fugiat Cruce tenebre; Tui dicata signo, Mens fluctare nescit. In *Catherinico. De Hymno ante somnum*.

PRUDENTICUS.

126. Diabolus cum nostrum Dominum Crucis afflisset, per Crucem exiit a tyrannide. Sup. I, *Reg.*, quest. 40.

127. Non est aliqua armatura tam fortis, nec sagitta tam acuta et terribilis contra diaboli potentiam atque sevitiam, sicut signum sanctæ Crucis. Serm. 20, *ad Frustr.*, part. 1, divis. 9.

128. Non est salus animæ, nec spes æternæ vitæ, nisi in cruce. *Prose.*

129. Tolle crucem tuam et sequere Jesum, et ibis in vitam æternam; præcessit ille bajulus sibi crucem, et mortuus est pro te in cruce, ut tu tuam portes crucem, et mori affletes in cruce. Lib. 2 *de Init. Christi*, cap. 12, sect. 2.

130. Tota vita Cristi crux fuit et martyrium, et tu tibi quæris requiem et gaudium. *Ibid.*, cap. 12, sect. 8.

131. Ibi salus, ubi Crux. *De Recognit. propriæ fragilit.* cap. 7, sect. 2.

132. Sacrum sanctæ Crucis signaculum omnem inimici enervat phantasiam. Lib. 1, in vita S. Macarii, cap. 20.

CRUCIS ENCOMIA.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Quid dulcius, quid suavius vel cogitari, vel dici potest, quam sanctæ Crucis mysterium, per quam non solum ab inferis revocari, sed etiam in cælos elevari meruimus? Serm. 2 *Feriz 3 post 4 Dom. Quadrages.*

2. O crux! tuus tantus ac falsi decerpitur fructus; fructus autem crucis gloriæ est Resurrectio. *Ibid.*

3. Crux Christi est inimicitiarum interemptio, pacis firmamentum, omnium bonorum thesaurus. Serm. 1 *Feriz 6 in Parasceve*.

4. Magna res est signum Christi, et ideo isto

tam pretioso signaculo res magna et pretiosa signari debet. Quid enim prodest, si de annulo aureo sigillum facias, et putridas paleas intus recondas? quid prodest, si signum Christi in fronte et in ore gestamus, et intus in anima crimina et peccata recondimus? *Serm. 1. Dom. 10 post Trin.*

S. DONAVENT.

5. Crux Christi: primo est signum oberantium, ad semitam reductivum; secundo est signum poenitentibus, gratiæ collativum; tertio est signum pugnantibus, intelligentiæ firmativum; quarto est signum prolicentibus, intelligentiæ directivum; quinto est signum diligentibus, misericordiæ promissivum; sexto est signum morientibus, ab hostibus defensivum; septimo est signum pervenientibus, ad gloriam inductivum. *Serm. Exalt. S. Crucis.*

6. Crux est clavis colli, vectis, arce, navis maris, arbor Danielis, palma fructuum, ferulum Salomonis, baculus Jacob, speculum imitationis. *Lib. 4 Compendii Theolog. verit. cap., 21.*

7. Crux est porta Paradisi, crux est mundi medicina, crux est salus animarum, crux est vita beatorum, crux est thesaurus perfectorum, crux est speculum virtutis, crux est gloriosa dux salutis, crux est navis, crux est portus, crux est decus salvandorum, crux est deliciarum hortus, crux est fortis armatura, crux est perfectio secunda, crux est arbor decorata, et Christi sanguine sacra. *In Laudis de sanctissima Cruce.*

8. Duodecim sunt fructus Crucis: primus, est demonum expugnatione, quia abstulit eis totum mundi principatum; secundus, est carceris inferni confractio; tertius, est mortuorum et peccatorum suscitatio; quartus, est inquinatum mundatio; quintus, est captivorum redemptio; sextus, est cæcorum illuminatio; septimus, est tepidorum et frigidorum calefactio; octavus, est deformium et turpium decoratio: nonus, est sibilundorum et sitientium potatio; decimus, est Dei Patris placatio; undecimus, est januæ Paradisi apertio; duodecimus, est hereditatis cæli acquisitio, et confirmatio. *Titul. 10. Diata, cap. 3, per totum.*

9. Crux Domini est palma, cedrus, cyprissus, oliva: palma justitiæ, cedrus contemplationis, cyprissus bonæ opinionis, oliva misericordiæ. *Lib. 4 Compendii Theolog. verit. cap., 21.*

CASSIODORUS.

10. Crux est humilium invicta tutio, superborum dejectio, victoria Christi, perditio diaboli, infernorum destructio, cælestium confirmatio, mors infidelium, vita iustorum. *Super Psalmum 4, vers. 7: Signatum est super nos, etc.*

S. CYRILLUS.

HIERSOL.

11. Crucis corona et cæcos in ignorantia illuminavit, et victos a peccatis solvit, et universum genus humanum in mundo redemit. *Cateches. 13.*

12. Gloriosa gloriantium, est crux Christi. *Ibid.*

13. Crux est pupillarum mater, afflictorum consolatio, senum corona, imperatorum diadema, barbarorum philosophia, prophetarum prædicitio, apostolorum prædicitio, discipulorum congregatio, imbecillorum fortitudo, debiliū firmitas, monachorum fiducia. *De Sanctissima Cruce.*

S. EPHREM.

FRANCISCUS

TITELI.

14. Crux Christi nidus est animæ, in quo dum requiescit, sagittis inimicorum non patet. *Obs. prima sup. Psalm. x, vers. 2: Ut sagittæ in obscuro, etc.*

15. Crux Christi corona est gloriæ, et diadema regni. *Serm. 20, sup. Cantica, inter opera D. Bernardi.*

GILLESBERTUS

ANGLUS.

16. Crux Christi habet profunditatem timoris, altitudinem spei, latitudinem charitatis, longitudinem perseverantiæ. *Lib. 2, de Claustro animæ, cap. 22.*

HUGO A

S. VICTORE.

17. Crux Domini plaustrum est, seu vehiculum infernorum. *Cap. 6, sup. lib. 1 Regum.*

HUGO CARD.

S. JOANNES

CHRYSOSTOM.

18. Cum regeneramur crux Domini adest, cum sacratissimo alimur cibo, cum in ordine consecrandi statuimur, ubique ac semper id victoriæ insigne nobis assistit. *Hom. 35, sup. Matth.*

19. Hoc signum crucis, et prisce et modernis temporibus clausas januas reseravit; hoc venenorum vires extinxit, hoc feroces bestias repressit, lethales serpentum morsus curavit. *Ibid.*

20. Gloria nostra, caput et origo beatitudinis, libertas et corona, crux est. *Ibid.*

21. Crux Christi clavis est Paradisi. *Hom. de Divite.*

22. Crux hasta, qua lethale vulnus demon suscepit. *Hom. 55, sup. Matth.*

23. Crux spes christianorum, crux resurrectio mortuorum, crux cæcorum dux, crux errantium via, crux injuria afflictorum vindex, crux claudorum baculus, crux consolatio pauperum, crux refrenatio divitum, crux depressio superborum, crux male viventium poena, crux adversus demones triumphus, crux devictio diaboli, crux adolescentium pædagogus, crux sustentatio inopum, crux spes desperatorum, crux navigantium gubernatrix, crux periclitantium portus, crux obsessorum murus, crux pater orphanorum, crux defensor viduarum, crux iniquorum iudex, crux iustorum consolatrix, crux tribulatum requies, crux parvulorum custos, crux virorum caput, crux senum finis, crux lumen in tenebris sedentium, crux regum magnificentia, crux barbarorum humanitas, crux scutum perpetuum, crux imperitorum sapientia, crux libertas servorum, crux imperatorum philosophia, crux lex impiorum, crux prophetarum præconizatio, crux annuntiatio apostolorum, crux martyrum gloria, crux monachorum exercitatio, crux virgi-

nium castitas, crux gaudium sacerdotum, crux Ecclesiæ fundamentum, crux orbis terræ cautela, crux templorum destructio, crux idolorum depulsio, crux scandalum Judæorum, crux perditio impiorum, crux invalidorum virtus, crux agrotantium medicus, crux emendatio leprosoꝝ, crux paralyticorum corroboratio, crux esurientium panis, crux sitientium fons, crux nudorum protectio et amictus. *Hom. de Cruce Domini.*

S. JOANNES

DANASCENUS.

24. Crux clypeus atque armatura, et trophæum est adversus diabolum; hæc sigillum, ut ne exterminator Angelus nos tangat. *Lib. 4, de Fide orthodox., cap. 12.*

25. Crux est jacentium excitatio, stantium fulcimentum, infirmorum baculus, ovium virga, respicientium adminiculum, proficientium perfectio, animæ et corporis salus, malorum omnium depulsio, honorum omnium causa, peccati extinctio, resurrectionis planta, vitæ æternæ lignum. *Ibid.*

JOAN. GERS.

26. Via crucis est via electorum, via paucorum, via vilis, via amara, via salutis, via brevis, via directa, via laboris, via persecutionis. *Part. 3, epist. pro Confortat. tentat.*

S. LEO PAPA I.

27. O admirabilis potentia Crucis! in qua et tribunal Domini, et iudicium mundi, et potestas est crucifixi. *Serm. 8, de Passione Domini.*

28. Crux Christi omnium fons benedictionum, omnium est causa gratiarum, per quam medentibus datur virtus de infirmis, gloria de opprobrio, vita de morte. *Ibid.*

S. PETR. DAM.

29. In hac cælestis figura victoriæ, omnis religio christiana depingitur, in hoc vitalis ligni characterem tota virtutum spiritualium perfectio designatur. *L. 6, epist. 22 ad Damianum monachum.*

30. Crux est concordia scripturarum, et limes quidam atque confluvium veterum et novorum. *Prosec.*

31. Crux cælestis et terrena confederat.

32. Crux homines simul et Angelos in antiquæ concordia: unanimitate reformat.

33. Crux mors est vitiorum, et omnium fons ac vita virtutum.

34. Crux insipientibus semita, currentibus via, pervenientibus requies est secunda.

35. Crux est tironibus donativum, militantium robur, emeritis municipium.

36. Crux est fortiter agentium virtus, recuperatio labentium, corona vincientium.

37. Crux terrenis expoliat, ut cælestibus ditet; esurire docet, ut satiet; humilitatem præcipit, ut exaltet, patientiam adhibet, ut coronet.

38. Crux est in Christo viventibus regula, expressa justitiæ norma, ac omnibus probis moribus disciplina.

39. Crux diabolum terret, ut effugiat; Angelos, ut ad nos ingrediantur, invitat, cogitationum phantasmatum reprimat.

40. Crux lassos recreat, infirmos roborat, et tibantia desperatæ mentis arcana confortat. *Ser. 48, de Exalt. S. Crucis.*

41. O crux purior vitro, rutilantior auro, que tanquam vernantibus gemmis et margaritis, membris ornata es Salvatoris. *Prosec.*

42. O crux luna micantior, sole splendorior, que præ divini magnitudine luminis, stellarum Jubar, et omnia cæli astra præcedis.

43. Tu sola inter omnia ligna silvarum electa es ad humanæ Redemptionis officium.

44. Tu pondus illud sustinere meruisti, ejus virtute cælum volvitur, terra suspenditur, et universa mundi machina nunquam casura libratur.

45. Te tartara metuunt, Angeli venerantur, et omnis rerum creatura miratur.

46. O vere nobilis arbor, que de terreno quidem cespite orta procedis, et super astra cæli felices ramos expandis.

47. Olim fructus tuus gehennæ erat obnoxius, nunc Cedros germinas Paradiso, et vivi ex te lapides prodeunt, ejus superne Hierusalem ædificia construantur.

48. Tu salus mundi perditæ, tu lux in tenebris constituti, tu medicina languentium, tu convalescentium virtus.

49. Tu periclitantibus portus, tu evadentibus de fauce mortis aufugium.

50. In te mors cruenta dum occidit, occiditur; auctor et ipse mortis extinguitur, vita hominibus perditæ reparatur. *Ibid.*

51. O beata Crux te Patriarcharum fides, te vaticinia Prophetarum, te Index Apostolorum senatus, te Martyrum victor exercitus, omniumque sanctorum agmina venerantur, prædicant et honorant. *Prosec.*

52. Odor fragantiæ tuæ, omnia vincit aromata: Nectar tuum cunctas pigmentorum species, et universa mella præcedit.

53. O beata Crux, titulus gloriæ, insigne victoriæ, signaculum redemptionis æternæ! *Ibid.*

54. Crux est omnium salus, hominis hædemptio. *In Peristephano, de hyano Romani martyris.*

55. In Cruce, insinuaturs a morte redemptio, demonstratur sancta morum conversatio, intimatur omnium virtutum perfectio, promittitur ad æternam vitam ingressio, æternæ beatitudinis speratur adeptio, veræ felicitatis obtinetur acquisitio. *Lib. 1, de laude Crucis.*

56. In te (Crux) sancti Angeli gaudia sua ac-

PRUDENTIUS.

RADANUS.

cumulata conspiciunt, in te homines jura salutis suae cognoscunt, in te inferi justam retributionem fraudis suae percipiunt. *Ibid.*

37. O sancta Crux omnibus es aequa, omnibus bona, omnibus justa. *Prosecc.*

38. Praeferita renovas, praesentia illustras, futura praemonstras; perditam requiris, quaesita invenis, inventa custodis. *Ibid.*

39. Sancta Crux est peccatorum remissio, pietatis exhibitio, meritorum augmentatio, infirmorum remedium, laborantium auxilium, lapsorum refrigerium, sanorum incoelimitas, quietorum serenitas, fortunatorum felicitas. *Ibid.*

ROBERTUS
BELLARM.

60. Sancta Crux, tu cura es, aegrotos medicans; tu gaudium, moestos consolans; tu sanitas, dolentes laetificans; tu status credentium recte; tu firmitas operantium bene; tu beatitudo perseverantium rite. *Ibid.*

S. THEOPHIL.
PATRIARCHA.

61. Quid est Crux Domini aliud quam seala Jacob, clavis coeli, anchora salutis, vexillum caelestis militiae, arbor navis Ecclesiae, lignum vitae in medio Paradisi? Conc. 29, *Domiticae Passionis.*

RUPERTUS.

62. Crux Christi statera Patris est, Lib. 2, de *S. Spiritu*, cap. 8.

THOMAS A
KEMPIS.

63. Candelabrum Crux Christi est, quae totum mundum fulgore sui luminis illustravit. Lib. 1, sup. *Evang.*

64. Per te daemones fugantur; per te infirmi curantur; per te pavidi confortantur; per te vitiosi mudentur; per te pigri excitantur; per te superbi humiliantur; per te duri compunguntur; per te devoti flentibus irrigantur. Part. 2, serm. 20, ad *Nocturnos*, divis. 2.

65. Crux Christi est amantibus levis, tristibus solatio, penitentibus benigna, sanctis Angelis honorabilis, hominibus amabilis, daemonebus terribilis, despecta superbis, accepta humilibus, aspera carnalibus, dulcis spiritualibus, insipida stultis, affectuosa devotis, affabilis pauperibus, consociatis peregrinis, amabilis afflicto, consolabilis infirmis, confortabilis morituris. *Ibid.*, serm. 20.

66. Crux arbor est speciosissima, cedro altior, palma latior, cypresso odoratior, balsamo nobilior, vite fecundior, oliva pinguior, ficu dulcior, buxo viridior, quercu fortior, rosa pulchrior, lilii candidior. *Ibid.*, ser. 20, divis. 22.

66 bis. O crux splendissima, sole excelsior, stellis clarior, luna lucidior, gemmis micantior, lapidibus pretiosior, auro dignior, argenteo melior, nardo efficacior, aromatis salubrior. *Ibid.*

67. O vere beata Crux, tu salus credentium, gloria apostolorum, clypeus martyrum, laus confessorum, diadema virginum, solamen viduarum, fortitudo senum, disciplina juvenum, speculum

religiosorum, refugium tribulatorum. *Medit. 24, de Christi Passione*, cap. 4.

68. Quid times tollere crucem, per quam iter ad regnum? In cruce salus, in cruce vita, in cruce protectio ab hostibus, in cruce infusio supernae suavitatis, in cruce robur mentis, in cruce gaudium spiritus, in cruce summa virtutis, in cruce perfectio sanctitatis. Lib. 2, de *Imit. Christi*, cap. 12, sect. 2.

CULPA.

Definitio. Quid est culpa, nisi quaedam lutesca s. DONAVENT. foetensque materia? *Serm. de S. Mattheo.*

Culpa est transgressio voluntaria legis obligantis, in *descript. terminor.*

Culpa est voluntaria inordinatio, vel privatio boni. Part. 1, summae, quest. 48, art. 6.

SENTENTIA PATRUM.

1. Cito culpa culpam excutit, sicut si lapides s. AMBROSIIUS. teras, igitur erumpit. Lib. 1, *Offic.*, cap. 21.

2. Quo major est culpa, eo majora sunt querenda suffragia. Lib. 1 de *Penit.*, cap. 8.

3. Animus culpae auctor est, caro ministra. *Ibid.*, lib. 2, cap. 14.

4. Ita gravis est culpa conscientiae, ut sine iudice ipsa se puniat, et velare se cupiat, et tamen apud Deum nuda est. *Ibid.*, lib. 3, cap. 14.

5. Qui carnem gerit, culpae obnoxius est. Lib. 1, epist. 3, ad *Simplicitianum*.

6. Dum culpa fervet in corpore, non cogitat Deum. *De Paradiso*, cap. 14.

7. Venialis est culpa, quam sequitur confessio delictorum. *Ibid.*

8. Nihil est quod majoris doloris sit, quam culpae reatus. *De Noe et Arca*, cap. 4.

9. Non est quod cuiquam nostram adscribamus culpam, nisi nostrae voluntati. *Prosecc.*

10. Nemo enim tenetur ad culpam, nisi voluntate propria delixerit. Lib. 1 de *Jacob et vita beata*, cap. 3.

11. Crescit culpa, cum proditur nec cavetur. *Ibid.*, cap. 4.

12. Fructuosior culpa quam innocentia; Innocentia arrogantem me fecerat, culpa subjectum reddidit. *Ibid.*, cap. 6.

13. Nullus est nudus, nisi quem culpa nudaverit. *De Joseph*, cap. 3.

14. Tolerabilior est culpa, quae verecundia premitur, quam quae insolentia predicatur. Lib. 2 de *Apologia David*, cap. 12.

15. Culpa ad reatum trahit, reatus ad poenam, poena perducit ad mortem. *De dignit. Sacerdot.* cap. 4.

16. Gravis adversarius est culpa, quae sollicitat

otiosos, affligit sanos, contristat laetos, inquietat placidos, exagitat mites, excitat dormientes. *Sup. Psalm.* xxxvii.

17. A sancto viro plus culpa, quam aerumna delletur. *Super Psalm.* cxviii, ser. 18, vers. 8.

AUGUSTIN.

18. Nulla est tam grandis culpa, quae penitendo non habeat veniam. *De Rectitud. Convers.*

19. Iram ratio provocavit, culpa veniam evasit ad fugam; sed felix fuga est, quae currit ad vitam. *Ep. 189, ad Bonifac.*

20. Viri sublimis culpa, solus est sine poena; sed quoniam nullus est sine culpa, ideo nullus sine poena vivere debet. *Serm. 24, ad Fratres, in cremo.*

21. Qui solus est sine culpa, grave peccatum est. *De quest. veteris et novi testam.* quest. 16.

BERNARD.

22. Quomodo culpam suam confiteatur, qui nec esse putat, nec putari culpabilis patitur? propterea cum ei culpa imputatur, crescit, non amputatur. *De duodecim gradibus superbiae*, gradu 7, de *Prasumptione*.

23. Quanto est peccatoris vita longior, tanto culpa numerosior. *De Medit.*, cap. 2.

24. Apud Deum iudicem ipsa cognitio culpae, impetratio est veniae. *Ibid.*, cap. 11.

25. Culpabilis profecto est confessio, quae culpam non diluit, quae se excusat, et non accusat. *Serm. 16, sup. Cant.*

26. Ex quo minor reputatur culpa, eo minuitur et gloria indultoris. *Ibid.*

27. Eodem ordine quo praecessit culpa, subsequa est etiam culpae medicina. *Serm. 28, de Parvulis serm.*

DONAVENT.

28. Si culpa malorum sit odienda, natura tamen est amanda. *Sup. Joan.*, cap. 13, in illud: *Mundus vos odit*, etc.

29. Nunquam est dedecus culpae, sine decore justitiae; nec est culpa commissa sine poena permixta. Part. 2 *Centilogii*, sect. 2.

S. CLEMENS
ALEX.

30. Culpa est ejus, qui eligit; in Deum autem culpa conferri nequit. Lib. 1, *Paedagogi*, cap. 8.

S. EUSEBIUS
EUSSESN.

31. Dum culpae auctor humiliatur, culpa consumitur. *Hom. 10, ad monachos.*

ROSS. DECA.

32. Culpa est subjectionis causa? Apud Gratianum in *Decretis*.

ROSS. ORD.

33. Culpa insensibilior redditur, quanto quasi vera virtus laudatur. *Sup. Threnos*, cap. 4.

BERNARDUS.

34. Semel culpa dimissa, recidivo dolore, iterum ad animum revocari non debet. In *Decretis*, part. 2, causa 23, quest. 4, can. *Si Semel*.

GREG. MAG.

35. Ne captiva mens culpae serviat; culpam a poenitentia liberam non relinquat. Lib. 4, *Moral.* cap. 17.

36. Incessanter crescit culpa favoribus nutrita. *Ibid.*, cap. 25.

37. Cum culpa culpae adjungitur, quid aliud quam involutis semitis, atque innodatis vinculis pravorum gressus ligantur? Lib. 7, *Moral.*, cap. 12.

38. Culpa nos voluntatis propriae semel stravit, sed poena culpae deterius quotidie deprimit. Lib. 8 *Moral.*, cap. 13.

39. Electi culpis suis nunquam sciunt parere, ut possint iudicem culpam placatum invenire. Lib. 11, *Moral.*, cap. 17.

40. Culpae culpis feriuntur, quatenus supplicia fiunt peccantium ipsa incrementa vitiorum. Lib. 25, *Moral.*, cap. 9.

41. Quo uberius culpa fletur, eo altior cognitio veritatis attingitur. Lib. 27, *Moral.*, cap. 12.

42. Facile culpa corrigitur, quae erubescitur, quia esse culpa sentitur. Lib. 32, *Moral.*, cap. 17.

43. Culpa pravorum tanto insensibilior redditur, quanto apud eos etiam laudabilis habetur. Lib. 32, *Moral.*, cap. 17.

44. Qui sibi nunc in culpa parit, ei postmodum in poena non parit. Lib. 11, *Moral.*, cap. 17.

45. Cum omnis culpa munere solvatur, quam gravis est culpa discordia, pro qua nec manus accipitur. Lib. 4, *Dialogi*, cap. 60.

46. Apud misericordem iudicem nequaquam sine venia culpa relinquitur, cum per fervorem zeli eius amore peccatur. Lib. 10, *Moral.*, cap. 3.

47. Disciplina subditos divino iudicio tanto liberior reddidit, quanto hic eorum culpas sua vindicta non deserit. Lib. 26, *Moral.*, cap. 19.

48. Corda omnium, non una vel similis culpa transgreditur, hunc namque superbia illaqueat, illum ira supplantat, hunc autem avaritia cruciat, illum vero luxuria inflammat. *Prosecc.*

49. Et plerumque contingit ut is, quem superbia deprimit, alium respiciat, qualiter ira succendat; et quia se non citius ira instigat, meliorem se iracundo jam reputat. Lib. 3, *Moral.*, cap. 18.

50. Erit in beatitudine aeterna culpae memoria, non quae mentem polluat, sed quae arcibus illam letitiae adstringat. Lib. 4, *Moral.*, cap. 31.

51. Ab eo procul dubio vindictam de culpa reatu Deus non exprobit, quem sub eius venia spes, fides, charitas abscondit. *Prosecc.*

52. Citius culpa dimittitur, quae nequaquam malitiae studio perpetratur. Lib. 10, *Moral.*, cap. 5.

53. Quidam culpas proprias punire cupientes, hoc quod recte se agere aestimant, in graviore culpas vertunt. Lib. 11, *Moral.*, cap. 5.

54. Nulla est libertas, ubi est culpa. Lib. 15, *Moral.*, cap. 12.

55. Quasi sub hoste (quem prosternit) moritur, qui de culpa quam superat, elevatur. Lib. 19, *Moral.*, cap. 13.
56. Culpa esse innuitur, quod indulgeti perhibetur; sed quæ tanto citius relaxatur, quanto non per hanc illicitum quid agitur, sed hoc quod licitum sub moderamine non tenetur. In *Pastorali cura*, part. 3, cap. 1, admonit. 28.
57. Qui minus contra culpas obstinatorum accenditur, culparum omnium reus ipse tenetur. In *Pastorali cura*, part. 2, cap. 10.
58. Major culpa, quo citius, quia culpa est, agnoscitur, eo etiam celerius emendatur; minor vero, dum quasi nulla creditur, eo pejus, quo et securius in usu retinetur. In *Pastorali cura*, part. 3, cap. 1, admonit. 34.
59. Culpa que ferri digna severitate non potest, dissimulanda est, non exponenda: qui audeatius a subjectis delinquitur, si prelatorum infirmitas agnoscatur. Lib. 4, in *I Regum*, cap. 4.
60. Tanto reatus est levior, quanto non temeritate constat, sed necessitate. *Ibid.*, lib. 5, cap. 3.
61. Graves culpe in omnibus æqua asperitate insequende non sunt; quia vulnera corporum, pro ipsorum corporum natura et robore vigorem exigunt medicinæ. *Ibid.*, cap. 4.
62. Iustum est ut culpa, que cum fine perpetrata est, sine fine puniatur. Lib. 4, *Dialogi*, cap. 44, verbo *Scire*.
63. Graviore culpe sunt, quæ superducta specie virtutis, virtutis imitantur. Hom. 3, sup. *Ezech.* in illud: *Ubi erat impetus spiritus*, etc.
64. Sic culpam tuam insequor, ut te diligam; sic personam diligo, ut culpe vitium non amplectar. Lib. 1, in *Registro*, indict. 9, cap. 33, ep. 33, ad *venantium cancellarium*.
65. Culpa tuam pensa, dum vacat. *Ibid.*
66. Culpa quadam verecundia tegitur, pudore obumbratur. Lib. 4, in *I Regum*, cap. 4.
67. Culpa illa tanto nequior cernitur, quæ quanto manifestius atque atrocius perpetratur. *Ibid.*
68. Cognita culpa austerius ferienda est. Lib. 5, in *I Reg.*, cap. 4.
69. Signum miserentis Dei est, quando quis culpa perpetrata, mox divina ultione puniatur. Habetur apud S. Anonimum, part. 4, tit. 3, cap. 7, § 9.
70. Quicunque stultus est in culpa, erit sapiens in poena. Habetur apud Gratian. in *Decretis*, part. 1, distinct. 38, can. *Qui*.
71. Bonarum mentium est etiam aliquo modo culpas suas agnoscere, ubi culpa non est; quia sæpe sine culpa agitur quod venit ex culpa. Lib. 12, ex *Registro*, ind. 7, sup. 11, interrogat. c. 40.

72. Nullus post culpam impuniti locus, cum, sicut reatus ipse supplicium. Ep. 1, ad *Demetriadem*.
73. Quanto maior culpa peccantium, tanto amplior in peccatores clementia Creatoris. Lib. 6, in *Hierem.*, cap. 32, sup. illud: *Et factum est verbum Domini*, etc.
74. Paucorum culpa non præjudicat Religioni; Apostolorum fidem Judæ proditio non destruxit. Ep. 6, *adversus Vigilantium*.
75. Facile culpa corrigitur, quæ cito cognoscitur. Sup. *Regul. S. Augustini*, cap. 9.
76. Poena culpe prima, casus; secunda labori; tertia, laqueus. Prima Satane, secunda Adæ tertia Judæ. *Prosec.*
77. Prima fuit in celo, secunda in Paradiso, tertia in horto. Prima superbie, secunda inobedientie, tertia avaritie et infidelitatis. Lib. 2, de *Claustro anime*, cap. 21.
78. In iudicio non merebitur veniam, qui audacter contraxerit culpam. Serm. sup. illud *Isaia*: *Si audiveritis me*.
79. Qui culpe nullus sibi conscius est, etsi in subditorum classe censetur, regibus omnibus regalior, præstantiorque est. Lib. *contra Gentiles*.
80. Nihil pejus quam culpam agnoscere, nec desistere. Lib. 2 de *Sum. bono*, cap. 13, sent. 4.
81. Cito corrigitur culpa, quæ cito cognoscitur. *Prosec.*
82. Tardius sanatur vulnus, quod jam putrescentibus membris longo post tempore curationibus adhibetur. *Ibid.*, cap. 23, sent. 10.
83. Gratia amissio, occasio fit culpe; perperatio vero culpe, principium ruine est. Part. 1, de *casto connubio*, cap. 12.
84. Culpa est, totam persequi culpam. Ep. 88, ad *Abbatem Theobertensem*.
85. Frequenter culpa populi redundat in principem. *Ibid.*, ep. 93, ad *Henricum, regem Anglie*.
86. Juxta modum culpe, tenenda semper est mensura vindictæ. Lib. 1, ep. 12, ad *Alexand. papam*.
87. Culpa subditorum, in præpositorum redundat opprobrium. Lib. 4, ep. 13, ad *V. Episcopum*.
88. Nomen et conditionem servitutis culpa genuit, non natura; et prima hujus subjectionis causa, est peccatum. Sent. 164.
89. Omnis Christianorum omnium culpa, divinitatis injuria est. Lib. 4 de *Cubernat. Dei*.
90. Criminosior culpa est, ubi honestior status. *Ibid.*
91. Ubi sublimior est prerogativa, major est culpa. *Ibid.*
92. Semper per dignitatem injuriam perferentis crescit culpa facientis. *Ibid.*, lib. 6.

HERONEM

S. THOMAS
AQUINASHUGO A
S. VICTORI

S. ZENO.

S. JOHANNES
CHRYSOST.

PLATO.

SENECA.

S. ISIDORUS
HISPALENSIS

SIXTUS PHIL.

S. LAURENTIUS
JUSTINI.

ACACIUS.

CLEM. ALEX.

PETR. BLES.

S. ANSELMUS

ET S. AUGUS-
TIN.

ISIDORUS III.

83. Augmentum reatus est innocentiam jactare, post culpam. Epist. 3, ad *Agricum, episc.*
84. Culpa, secundum quod est contra charitatem Dei, coactione non tollitur, nec expiatur; sed solum penitentia voluntaria valet emendari. *Prosec.*
85. Sed culpa que contra charitatem proximi directe committitur, legibus tam divinis, quam humanis coerenda est. Opus. de *usuris*, cap. 21.
86. Infelix culpa est, in qua locum qualiscunque non invenit excusatio. Serm. 3, de *Isaia*.

SENTENTIE PAGANORUM.

97. Præter culpam ac peccatum, homini accidere nihil potest, quod sit horribile, aut pertimescendum. Lib. 5, ep. 21, ad *Mecinium*.
98. Vacare culpa, magnum est solatium. *Ibid.*, lib. 7, ep. 3, ad *Marium*.
99. Eo gravior est dolor, quo culpa major. *Ibid.*, lib. 11, ep. 11, ad *Atticum*.
100. Culpa omnis est penes eligentem, Deus est extra omnem culpam. Lib. 10 de *Republ.*
101. Nulla atlas vacavit a culpa. Ep. 97.
102. Invidit culpam, qui peccatum præterit. In *suis Proverbiis*.
103. Quæ culpes facere noli. Sent. 82.
- Vide etiam titulos, *Abusio*, sent. 20; *Jactantia*, sent. 37; *Impudentia*, sent. 13; *Mortificatio*, sent. 123; *Occasio*, sent. 13, 30; *Pœna*, sent. 27, 31, 42, 43, 45, 53, 59; *Penitentia*, sent. 161; *Recidivatio*, sent. 2, 34; *Vindicta Dei*, sent. 59.

CUPIDITAS.

- Definitio.* Cupiditas est amor inhians habere quod amat. Libro 14, de *Civili Dei*, cap. 7.
- Nihil aliud est cupiditas, nisi amor rerum transcurrentium. Libro 2, de *Quest. Evangel.*, quest. 33.
- Cupiditas est amor adipiscendi, aut obtinendi temporalia. *Ibid.*, quest. 36.
- Cupiditas est molestia et sollicitudo, quæ propter egestatem aliquid appetit. Libro 3, *Stromatum*.
- Divisio.* Cupiditas quadruplex est: cupiditas opum, cupiditas honorum, cupiditas inanis glorie, cupiditas voluptatum. Serm. 34, in *Festo omnium sanctorum*.
- Productio.* Quicquid est peccatorum in dietis, in factis, in cogitationibus non oriuntur, nisi ex mala cupiditate. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 8, in illud: *Invenio legem*, etc.; Augustin. serm. 6, de *verb. Apost.*
- Radix omnium malorum est cupiditas. Hæc sacrilegia committit, et furta; rapinas exercet, et prædas; b. l. i. gerit, et homicidia; simoniace ven-

dit, et emit; inique petit, et recipit; injuste negotiatur, et fenerator; instat dolis, et imminet fraudibus; dissolvit pactum, et violat juramentum; corrumpit testimonium, et pervertit iudicium. Libro 2, de *Contemptu mundi*, cap. 2.

Cupiditas, quæ consequitur optatum, voluptatem parit: quæ vero non consequitur, dolorem. Centuria 5, de *Virt. et vitio*, cap. 78.

Cupiditas est transgressionis mater, magistra nocendi, primipilaria iniquitatis, auriga malitie, sicaria virtutum, seditionis origo, fovea scandalorum. Epist. 82, ad *Abbatem Cisterciensem*.

Ex cupiditatibus nascuntur odia, dissidia, discordie, seditiones, bella. Libro 1, de *Finibus*.

Comparatio. Sicut ignis quanto magis ligna acciperit, tanto amplius accenditur, invalescit; ita et cupiditatis rabies, per ea quæ adipiscitur, auctior et vehementior efficitur. Lib. 4 *Recognitionum*.

Ut ignis recordatio mentem non urit, ita cupiditas absente materia nihil potest. Orat. 2, de *Luxuria*.

SENTENTIE PATRUM.

1. Ratio cupiditates revocet, mitiget spes, restringat minus. *Prosec.*
2. Nam qui dominari nescit cupiditatibus, sicut equus rapturam indomitus, volvitur, obteritur, lanatur, affligitur. Libro 3, de *Virginibus*.
3. Cupidus ut unius cupiditate potiatur, fit servus omnium. De *Joseph*, cap. 4.
4. Non potest quisquam meritum Regni cælestis adipisci qui, mundi cupiditatibus possessus, emergendi non habet facultatem. Lib. 5, super *Lucam*, cap. 6, in illud: *Beati pauperes*, etc.
5. Cupiditatum regnum tyrannice sævit, et variis contrariisque tempestatibus totum hominis animum vitamque perturbat. *Prosec.*
6. Hinc timore, inde desiderio; hinc anxietate, inde inani falsaque lætitia; hinc cruciatio rei amisse quæ diligebatur, inde ardore adipiscendæ quæ non habebatur; hinc acceptæ injuriæ doloribus, inde facibus vindicandæ.
7. Quaquaversum potest coarctare illum avaritia, dissipare luxuria, addicere ambitio, inflare superbia, torquere invidia, desidia sepelire, pernicia concitare, afflictere subiecto, et quecumque alia innumerabilia regum illius cupiditatis frequentant, et exercent homines. Libro 1, de *Lib. arbit.*, cap. 11.
8. Etsi non impletur foris negotium mala cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditatis intus est hostis. Ep. 144, ad *Anastasianum*.
9. Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum, et corpus suum, flagitium vocatur; quod autem agit ut alteri noceat, facinus dicitur. Libro 3, de *Doctrina Christiana*.

S. THOMAS
AQUINASS. MAXIM.
MART.

PETR. BLES.

CICERO.

S. CLEMEN
TINUS PAP.

S. NILUS.

S. AMBROSIIUS.

S. AUGUSTIN.